

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Monasterij S. Felicitatis in Schwarzach.

Valerij Maximi Ciuis Romani de factis ac dictis memorabilib⁹ Exemplorū Libri nouem: tum ꝓpter stili maturitatem: tum vero propter vite instructionem vtilissimi.

Vitus Vuerlerus Sultzueltenē.

Si vis Candidule - absoluta - Lector
Heus scripta Aeneadum tot & Pelasgum -
Prudens noscere - Si pium Deiq; -
Cultum syderei - nec inuenustos -
Mores temporis at vetustioris
Clarum Romulei - decus - triumphi
Antiquosq; duces - bonum Camillum
Aut duros Curium - boues - sequentem
Aut Brutos: Fabios: senes Catones:
Aut fortes Detios - patremq; natum
Aut Crassum immodicū: truces Cethegos
Gracchos - Si Marios - subinde Drusos
Aut quos historiæ - ferunt - Latinæ
Romana proceres - domo - creatos
Posthæc vis Geticas - ciere - gentes
Vel Xersen: rapido freto: timendum
Vel Pœnum Libyco - ducem - furore
Bellorū celebrem: Iubam: Darium
Vel Pyrrhum Ausoniam fuga timentē
Cyrum: Deiotharum: potentem in armis
Pellæum rutilis magis Philippum
Hunc iamiam Valeri librum diurna
Nocturnaq; manu: legesq; - amesq;
Hunc Doctorem habeas vagæ Iuuentæ
Hunc longæ - comitem - viæq; suinas
Mensis ille tuis recumbat: atq; -
Coniunctus capiti tuo frequenter
Cultus molliculum petat soporem
Id quod Rex Macedum dedit superbus
Chartis Iliacæ - sacris - ruinæ -

Vendunt Lipsi ꝑ Welchiarē Lotterū in Regione foeni.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBRORVM NOVEM CAPITA,

CAPITA PRIMI LIBRI,

De cultu deorum, Caput,i,
De neglecta religione. Caput,ij,
De Simulata religione, Caput,iij,
De Auspicijs, Caput,iiij,
De ominibus Caput v,
De prodigijs, Caput vi,
De somnijs, Caput vij,
De miraculis, Caput viij,

SECVNDI LIBRI,

De institutis antiquis, Caput,i,
De disciplina militari, Caput,ij,
De iure triumphandi, Caput,iij,
De censoria nota, Caput,iiij,
De maiestate, Caput,v,

TERTII LIBRI,

De indole, Caput,i,
De fortitudine, Caput,ij,
De patientia, Caput,iij.
De ijs qui humili loco nati, clari euaserunt, Caput,iiij,
De ijs qui a parentibus claris degenerauerũt, Caput,v,
De ijs qui ex illustribus, in veste, aut cætero cultu licentius, q̃ mos patrius pmittebat, indulserũt Caput vi,
De fiducia sui, Caput,vij,
De constantia, Caput,viij,

QVARTI LIBRI,

De animi moderatione. Cap,i,
De ijs qui ex inimicis iuncti sunt amicitia, & necessitudine, Caput,ij,
De abstinentia, & continentia, Caput,iij,
De paupertate. Caput,iiij,
De verecundia. Caput,v,
De amore coniugali, Caput,vi,
De amicitia, Caput,vij,
De liberalitate, Caput,viij,

QVINTI LIBRI,

De humanitate. Caput,i,
De gratis, Caput,ij,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBRORVM NOVEM CAPITA,

De ingratis, Caput,ij̄,
De pietate erga parentes Caput,iij̄,
De pietate erga patriam, Caput,v,
De pietate erga fratres, Caput,vi,
De parentū amore & indulgentia in liberos, Caput,vij̄,
De parentum seueritate aduersus liberos, Caput,viij̄,
De parentū moderatione aduersus susceptos liberos Caput,ix,
De parentibus qui obitum filiorum forti animo tuleriunt. Caput,x.

SEXTI LIBRI.

De pudicitia. Caput,i,
Quæ Libere dicta aut facta. Caput,ij̄,
De seueritate. Caput.iij,
Grauiter dicta aut facta. Caput,iij̄,
De iustitia. Caput,v,
De fide publica. Caput.vi.
De fide vxorum erga viros. Caput.vij.
De fide seruorum erga dominos. Caput.viij̄,
De mutatione morum & fortunæ, Caput,ix,
De ijs qui a statu humili ad altiora ascenderūt, Caput,x,
De Varietate casuum, Caput,xi,

SEPTIMI LIBRI,

De felicitate, Caput,i,
Sapienter dicta aut facta, Caput,ij̄,
Vafre dicta aut facta, Caput,iij̄,
De strategematis, Caput.iiij,
De repulsis. Caput,v,
De necessitate. Caput,vi,
De testamentis quæ rescissa sunt, Caput,vij,
De testamentis quæ rata manserūt. Caput,viij,
Qui aduersus opiniones hoim heredes habuerunt. Caput,ix,

OCTAVI LIBRI,

Infames rei, qbus ex causis absoluti aut dānati sunt. Caput,i,
De priuatis iudicijs, Caput,ij̄,
Quæ mulieres apud magistratus p se aut p alijs causas egerūt Caput,iij̄,
De quæstionibus. Caput,iij̄,
De testibus. Caput,v,
Qui quæ in alijs vindicarūt, ipsi cōmiserūt. Caput,vi,
De studio & industria, Cap,vij̄,
De Ocio, Caput,viij̄,
Quanta vis est eloquentiæ, Caput,ix,
Quantum momētum sit in pnūtiatione & apto motu corporis. Caput,x,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBRORVM NOVEM CAPITA,

Quam magni effectus artium sint, Caput,xi,
Quædam nulla arte effici posse, Caput,xij,
Suæ quēq; artis & autorē et disputatorē optimū esse, Caput,xiij,
De senectute, Caput,xiiij,
De cupiditate gloriæ, Caput,xv,
Quæ cuiq; magnifica contigerunt, Caput,xvi.

NONI LIBRI,

De luxuria, Caput,i,
De crudelitate, Caput,ij,
De ira & odio, Caput,iij,
De auaritia, Caput,iiij,
De superbia et impotentia, Caput,v,
De perfidia, Caput,vi,
De vi et seditione Et de Populo Ro, Caput,vij,
De temeritate, Caput,viij,
Quantum valet error. Caput,ix,
De vltione, Caput,x,
Dicta improba aut facta scelerata, Caput,xi,
De mortibus non vulgaribus, Caput,xij,
De cupiditate vitæ, Caput,xiij,
Quā exqsita custodia vsi sunt qbus suspecti domestici fuerūt, Cap,xiiij,
De similitudine formæ, Caput,xv,
De ijs qui infimo loco nati mendacio se clarissimis familijs inserere conati sunt, Caput,xvi,

FINIS,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

VALERII MAXIMI FACTORVM AC DICTORVM MEMORABILIVM LIBER PRIMVS AD TIBERIVM CAESAREM,

PROLOGVS,

ORbis Romæ, exterarũq; gẽtiũ facta, simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffusa sunt, q̃ vt breuiter cognosci possint. ab illustribus electa autoribus deligere cõstitui. vt documẽta sumere volẽtib⁹ lõgæ ingsitiõis labor absit. Nec mihi cũcta cõplectẽdi cupido incessit. Quis eñ oñis æui gesta, modico voluminũ nũero cõprehẽderit? Aut qs cõpos mẽtis domesticæ, pegrinæq; historiæ seriẽ, fœlici supiorũ stilo cõditã, vel attẽtiore cura. vel præstãtiore facũdia, traditurũ se sperauerit? Te igit huic cœpto, penes quẽ Hoim, Deorũq; cõsensus, Maris, ac Terræ regimẽ esse voluit, certissima salus patriæ Cæsar inuoco, cui⁹ celesti puidẽtia, Virtutes (de qb⁹ dictur⁹ sum) benignissime fouent, vitia seuerissime vindicant, Nã si Prisci Oratores ab Ioue Opt, Max. bñ orsi sunt. si excellẽtissimi Vates a numine aliq̃ p̃ncipia traxerũt, mea paruitas, eo iustius ad fauorẽ tuũ decurrerit, q̃ cætera diuinitas opinione colligit, tua p̃senti fidẽ, paterno, auitoq; syderi, par videt. quorũ eximio fulgore, multũ cerimoniis nostris inclyte claritatis accessit, Reliq̃s eñ deos accepimus, Cæsares dedimus, Et qñ initium a cultu deorũ petere in animo est, de cõditione eius summatim disserã,

DE CVLTV DEORVM CAPVT PRIMVM

MAiores, statas. solẽnesq; cerimonias. põtificũ sciẽtia, bene gerẽdarũ rerũ autoritatẽ, Augurũ obseruatiõe, Apollis p̃dictõem Vatũ libris, Portẽtorũ depulsa, Hetrusca disciplina explicari voluerunt, Prisco etiã instituto rebus diuinis opa dat, cũ aliq̃d cõmẽdãdũ est, p̃catiõe cũ exposcendũ voto, cũ soluendũ gratulatione, cũ inquirendũ, vel extis, vel sortib⁹. imptito cũ solẽni ritu pagendũ sacrificio, quo enã ostẽtorum, ac fulgurũ denũtiationes p̃curant,

DE CERERE PLACANDA

Tantũ aũt studiũ antiqs nõ solũ obseruãdæ, sed etiã amplificãdæ religiõis fuit, vt florẽtissima tum, & opulẽtissima ciuitate, decẽ Principũ filij S, C,

A iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CVLTV DEORVM,

singulis Hetruriæ populis, pcipiendæ sacrorũ discipline gratia traderent,
Cererique, quã more græco venerari istituerãt, sacerdotẽ a Velia. cũ id
oppidũ, nõ dũ ciuitatis nomẽ accepisset. Chalcitanã peterẽt, vel vt alij di-
cũt Caliphenã, ne deæ vetustis ritib⁹ perita deesset Antistes. Cui⁹ cũ i vrbe
pulcherrimũ tẽplũ haberẽt. Gracchano interitu pollutũ moniti sibyllinis
libris. vt vetustissimã Cererẽ placarẽt Ennã, qm̃ sacra eius inde orta crede
bãt. qndecimuiros ad eam ꝓpitiãdã miserũt. Item matri deũ sæpenũero
impatores nostri, compotes victoriarũ, suscepta vota Pessinuntẽ profecti
soluerunt.

DE METELLO PONTIFICAE,

Metellus vero Pont, Max, Posthumiũ cõsulẽ, eundẽq; Flaminẽ Martialẽ
ad bellũ gerẽdũ Africã petentẽ, ne a sacris discederẽt. multa indicta, incõsul
to deo vrbẽ egredi passus nõ ẽ. religionique summũ impiũ cessit, quotuto se
Posthumius Martio certamini cõmissur⁹ nõ videbat. cerimonijs Martis
desertis,

DE TIBERIO GRACCHO,

Laudabile, xij. fasciũ religiosum obsequũ. laudabilior q̃tuor et viginti in cõ
simili re obediẽtia, a Tiberio. n. Graccho, ad collegiũ augurũ literis ex pro
uincia missis. qb⁹ significabat ie, cũ libros ad sacra populi ptinẽtes legeret.
aĩaduertisse vitio tabernaculũ captũ, comitijs cõsularib⁹, q̃ ipe fecisset. eaq;
re ab augurib⁹ ad senatũ relata, iussã ei⁹. C. Figul⁹ e Gallia. Scipio Nasica e
Corsica romã redicit. et se cõsulatu abdicauerũt,

DE P, CAEL, M, Cor,

Consimili ratione post. P. Cœlius. Marcus Cornelius, M, Cethegus & C.
Claudi⁹ ꝓpter exta parũ curiose admota aris deorũ imortaliũ, varijs tẽpo
rib⁹, bellisq; diuersis, Flamio abire iussi sunt, coactique etiã,

DE SVLP,

At Sulpitio inter sacrificandũ e capite apex prolapsus, eidem sacerdotium
abstulit,

DE FABIO MAXIMO,

Occentusq; Soricis auditus, Fabio Maximo dictaturã, C. Flaminio magi
steriũ equitũ deponẽdi, causam præbuit,

DE PVBLIO LICINIO

Adijciendũ his, quod, P. Licinio Pontifici Maxi, virgo vestalis, qa qua-
dam nocte parũm diligens æterni ignis custos fuisset, digna visa est. quæ
flagro admoueretur,

DE VIRGINE AEMILIA,

Maximæ vero virginis Aemiliæ discipulã extincto igne, tutã ab omni rep̃
hensione Vestæ numẽ præstitit. qua adorãte, cum Carbasum, quã optimã

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



habebat. foculo imposuisset. subito ignis emicuit,

DE MARCELLO ET TEMPLO HONORIS,

Non mirũ igit̃ si ꝑ eo impio augẽdo, custodiẽdoq; ꝑtinax eorũ indulgẽtia deorũ semꝑ excubuit. q̃d tam scrupulosa cura, paruula quoq; momẽta religionis examĩari videnť. qa nunq̃ remotos ab exactissimo cultu cerimoniarũ oculos habuisse nostra ciuitas existimãda est. In qua cum Marcellus q̃ntum cõsulatũ gerẽs, templũ Honori, & Virtuti, Clastidio prius. deinde Syracusis potitus nũcupatis debitũ votis cõsecrare vellet, a collegio pontificum impeditus est. negãte vnã cellã duobus dis recte dicari, futurum ẽm̃ siquid ꝓdigij accidisset in ea. ne dignosceret, vtri rẽ diuinã fieri oporteret, nec duobus, nisi certis dis vna sacrificari solere, ea pontificũ admonitione effectũ est, vt Marcellus separatis ædibus, Honoris, ac Virtutis simulacra statueret, neq; aut collegio põtificũ autoritas amplissimi viri, aut Marcello adiectio impensæ, impedimẽto fuit, quominus religionibus, suus tenor, suaq; obseruatio redderet,

DE LVCIO FVRIO BIBACVLO,

Obruit etiã tot illustrib⁹ cõsularib⁹, L, Furius Bibacul⁹ exẽpliq; locũ vix post Marcellũ inuenit Sed pij simul, ac religiosi animi laude fraudãdus nõ est, q̃ ꝑtor a pr̃e suo collegij Salioꝝ magistro iussus sex lictorib⁹ ꝑcedẽtib⁹ arma ancylia tulit, quãuis vacationẽ hui⁹ officij, honoris beneficio haberet Omĩa nanq; post religionẽ ponẽda sꝑ nr̃a ciuitas duxit etiã in qb⁹ summæ maiestatis cõspici dec⁹ voluit Qua ꝓpter nõ dubitauerit sacris impia seruire ita se hũanarũ rerũ futura regimẽ existimãtia, si diuĩe potẽtiæ bñ, atq; cõstãter fuissent famulata, Quod aĩmi iudiciũ ĩ ꝑuatoꝝ q̃q; pectorib⁹ versatũ ẽ, Vrbe em̃ a Gallis capta, cũ Flamẽ Quirinalis, virginesq; Vestales sacra onere partito ferrẽt, easq; pontẽ subliciũ trãsgressas. et Cliuũ, q̃ ducit ad Ianiculũ descẽdere incipiẽtes, L, Aluanius plaustro cõiugẽ. et liberos vehẽs aspexisset, ꝓpior publicæ religioni, q̃ ꝑuatæ charitati, suis, vt plaustro descẽderẽt, impauit atq; in id, Virgines, et sacra ĩposita, omisso cœpto itinere Cerete oppidũ ꝓuexit, vbi cũ summa veneratiõe recepta, grata memoria, ad hoc vsq; tẽpus hospitalẽ humanitatẽ testant̃, Inde em̃ institutũ est sacra, Cerimonias vocari, quia Ceretani ea, infracto Reip, statu, piũde ac florẽte coluerunt, Quare agreste illud, & sordidũ plaustrum, tempestiue capax

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-25a10199-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

cuiuslibet fulgentissimi triumphalis curru, vel acquerit gloriã. vel antecesserit,

DE CAIO FABIO,

Eadem reip, tempestate, C. Fabius Dorsuo memorabile exemplũ seruatæ religionis dedit. Nam cũ Gallis capitoliũ obsidentibus. ne starutũ Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur, Gabino ritu cinctus, manibus, humerisq; sacra gerens, per medias hostium stationes, in Quirinalem collem peruenit, vbi omnibus solenni more peractis, in Capitoliũ, post diuinam veneratione, victricium armorũ perinde, ac victor rediit,

DE P. CORNELIO ET BEBIO PAMPHILO COSS,

Magna cõseruandæ religiõis etiã Pub. Corne. & Bebio Pãphilo COSS, apud maiores nros acta cura est, Siquidẽ in agro Lucij Petilij scribæ sub Ianiculo, cuiusdã terrã altius versantibus, duabus arcis lapideis reptis, quarũ in altera scriptura indicabat corpus Numæ Põponij filij fuisse. in altera libri recõditi erãt latini septẽ de iure põtificiũ. totidẽq; græci de disciplina sapientiæ latinos magna diligẽtia asseruãdos curauerũt. Græcos. qa aliqua ex parte ad soluendã religionẽ ptinere existimabant, Petilius prætor vrbanus ex auctoritate senatus p victimarios facto igne, in cõspectu populi cremauit, Non iuerũt eũ prisci viri qequã in hac ciuitate asseruari, q animi hoĩa deorũ cultu auocarentur,

DE TARQVINIO REGE,

Tarquinius aũt rex. M. Tullij Duumuirũ, q librũ secreta ciuilia sacrorũ cõtinentẽ, custodiæ suæ cõmissum, corrupit. Petronio sabino describẽdũ dedisset, culeo insutũ in mare abijci iussit. idq; supplicij genus nõ multo post parricidis lege irrogatũ est, Iustissime quidẽ, quia pari vindicta parẽtũ ac deorũ violatio expiãda e,

DE MARCO REGVLO ATTILIO.

Sed quæ ad custodiã religionis attinẽt, nescio an oẽs M. Attilius Regulus posselerit. q ex victore speciosissimo, insidijs Hasdrubalis, et Xantippi Lacedæmonij ducis ad miserabilẽ captiui fortunã deductus. a missus ad. S. P. Qu. Ro. legatus, vt ex se, & vno, et sene, cõplures pœnos, iuuenes pẽtarẽtue in cõtranũ dato cõsilio Carthaginẽ petijt, nõ ignarus ad q crudeles. q; etiã merito sibi infestos deos reuerteret. verũ qa his iurauerat, si captiui eorum redditi nõ forẽt, ad eos sese rediturũ. Potuerũt pfecto. Di immortales, effe ratã mitigare seuitiã. cæteq; quo clarior esset Attilij gloria, Carthaginẽses

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE NEGLECTA RELIGIONE,

moribus suis vti passi sunt, tertio Punico bello religiosissimi spiritus tã cru
deliter vexati, Vrbis eorũ interitu, iusta exacturi piacula. Quãto nostre
ciuitatis Senat⁹ venerabilior in deos, q̃ post Cannẽsem cladẽ decreuit, ne
matrone vltra trigesimũ diẽ luct⁹ suos extẽderẽt, vti ab his sacra Cereris p
agi possent, qa maiore pene romanarũ virilũ parte iexecrabili, ac diro solo
facẽte, nulli⁹ penates mœroris exptes erãt, Itaq; matres, ac filiæ, cõiugesq;
& sorores, nup interfectorũ absterlis lachrymis, depositisq; doloris ilignis
bus, cãdidã induere vestẽ, et aris thura dare coctæ sunt, q̃ qdẽ cõstãtia ob
tinẽdæ religionis magn⁹ cœlestib⁹ iecit⁹ ẽ ruborẽ, vlteri⁹ aduersꝰ eã sæuiẽdi
Gentẽ, quæ ne iniuriarũ q̃dẽ acerbitate ab eorũ cultu absterreri potuerit,

DE NEGLECTA RELIGIONE, CAPVT SECVNDVM,

DE VARRONE CONSVLE Dimicãte cũ Carthaginẽlibus

Creditũ est Varronẽ cõsulem apud Cannas, cum Carthaginẽn
sibus tam infeliciter dimicasse ob irã Iunonis, quo cũ ludos Cir
censes Aedilis faceret in Iouis Optimi, Maximi templo, eximia facie pue
rum Histrionẽ ad excubias tenẽdas posuisset, quod factũ post aliq̃t annos
memoria repetitũ, sacrificijs expiatum est,

DE POTITIO NON OBSERVANTE SACRA,

Hercules quoq; detractæ religionis suæ & grauẽ, et manifestã pœnã exer
gisse traditur, Nam cũ Potitij sacrorũ eius ritũ, quẽ pro dono gẽti eorũ ab
ipso assignatũ, velut hæreditariũ obtinuerãt, autore Appio Cẽsore, ad hus
mile seruorũ ministeriũ trãstulissent, omnes qui erant numero sup, xxx,
puberes intra annũ extincti sunt, Nomenq; Potitiũ in duodecim familias
diuisum prope interijt. Appius vero luminibus captus est,

DE APOLLINE VINDICANTE SE DE SACRILEGIO,

Acer etiã sui numinis vindex Apollo qui Carthagine a Romanis oppsa,
veste aurea nudatus, id egit, vt sacrilegæ manus inter fragmẽta ei⁹ abscisæ
inuenirent, Brennus Gallorũ dux, Delphis, Apollinis templũ ingressus,
Dei volũtate in se manus vertit. Nec minus efficax vltor cõtemptæ religio
nis filꝰ quoq; eius Aesculapius, qui cõsecratũ templo suo lucũ a Tullio pos
fecto Antonij, ad naues ei faciẽdas, magna ex parte succisum dolẽs, iter ipa
sum nefariũ ministerũ, deuictis partibus Antonij, imperio Cæsaris morti

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

destinatū Turuliū manifestis numinis sui viribꝰ, in cū locū. quē violauerat traxit. effecitq; vt ibi potissimū a militibꝰ cæsarianis occisus eodē exitio & euersis iā arboribꝰ pœnas lueret. & adhuc superantibꝰ impunitatē cōsimilis iniuriæ pareret. suāq; venerationē. quā apd' colentes maximā semp habuerat, Deus multiplicauit,

DE QVINTO FVLVIO,

Quintus aūt Fuluius Flaccus impune nō tulit. q; in censura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ tēplo in ædem fortūe Equestris. quā Romæ faciebat transtulit. Negar' eñ post hoc factū mente cōstitisse. quin etiā per summā ægritudinē anī expirauit cū ex duobꝰ filijs in Illyrico militantibus alterū decessisse. alterq; grauit audisset affectū. cuiꝰ casu motus Senatꝰ. tegulas Locros reportādas curauit decretiq; circūspectissima sanctitate impiū opꝰ Censoris retexuit.

DE PLEMINIO LEGATO SCIPIONIS

Tam me hercule. q̄ pleminij legati Scipionis in thesauro Proserpinæ spoliando sceleratā auaritiā iusta animaduersione vindicauit Cū eñ eū vnctū Romā protrahi iussisset, ante causæ dictionē in carcere teterrimo gñe morbi cōsumptus est. pecuniā Dea eiusdē Senatus imperio. & quidē summam duplicādo recupauit, Quæ q̄d ad Pleminij facinus pertinuit bene a patribus C. vindicata. q̄d ad violentas regis Pyrrhi sordes attinuerat. seipsam potenter. efficaciterq; defendit. coactis eñ Locrensibꝰ ex thesauro eiꝰ magnā illi pecuniā dare. cū onustus nefaria præda nauigaret vi subitæ tempestatis tota cū classe vicinis deæ littoribus illisus est. in quibꝰ pecunia incolumis reperta. sanctissimi thesauri custodiæ restituta est,

EXTERNA, DE MASINISSA REGE,

At nō similiter Masinissa Rex Numidarū, cuius cū p̄fectus classis Melitā appulisset, eq; fano Iunonis dētes eburneos eximiæ magnitudis sublatos, ad eū p̄ dono attulisset. vt cōperit vnde aduecti essent. q̄nqueremi reportādos Melitā, in q; tēplo Iunonis collocādos curauit, insculptos gētis suæ literis, significātibus regē ignorantē eos accepisse, libēter deæ reddidisse, factum Masinisse animo. q̄ punico sanguini cōueniēs. quāq; q̄d attinet mores natione pendi? in media barbaria ortus, sacrilegium rescidit alienum.

DE DIONISIO,

Syracusis genitus Dionysius. tot sacrilegia sua. q̄d iam recognoscimus, iocosis dictis p̄seq voluptatis loco duxit. fano eñ Proserpinæ spoliato Locris. cū p altum, secūdo vēto. classe

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE NECLECTA RELIGIONE,

veheret, ridēs, amicis videtis ne, ait, q̄ bona nauigatio ab ipsis dis immorta
lib⁹ sacrilegis tribuat? Detracto etiā Ioui olympio magni pōderis aureo
amiculo, quo eū Tyrānus Hiero e manubijs carthaginēsiū ornauerat. inie
ctoq; ei laneo pallio. dixit. æstate grauē esse aureū amiculū. hyeme frigidū
laneū aūt ad vtrūq; tēpus anni aptius, Idē Epidauri Aesculapio barbā
aureā demi iussit. q̄d affirmaret. nō cōuenire patrē Apollinē imberbē. ipm
vero barbatū cōspici, Idem mēsas argēteas. atq; aureas, e fanis sustulit Qd
q; in his more græciæ scriptū erat, bonorū deorū eas esse. vti se bonitate eo
rum p̄dicauit,

DE EODEM DIONYSIO,

Idē victorias aureas, & pateras, et coronas, quæ simulacrorū porrectis ma
nibus sustinebant. tollebat. et eas se accipere. nō aufferre, dicebat. pq̄ stultū
esse argumētando a q̄bus bona p̄camur. ab his porrigētibus nolle sumere
Qui tametsi debita supplicia non exoluit, dedecore tamē Filij, mortu⁹ pœ
nas rependit. quas viuus effugerat, Lento, n. gradu ad vindictā sui diuinā
procedit ira. tarditatēq; supplicij, grauitate cōpensat,

DE THYMASITHEO PRINCIPE LIPARITANORVM,

In quā ne incideret Thymasithe⁹ Liparitanorū p̄nceps consilio sibi aliter,
atq; vniuersæ patriæ, vtili, puidit exēplo. Excepta nāq; in freto a ciuib⁹ suis
Pyraticā exercētib⁹, magni ponderis aurea cratera, incitatoq; ad eā partiē
dā populo, vt cōpit a Romanis pythio Apollini decimarū noie dicatā, eā
Delphos pferēdā curauit,

DE VINDICTA CERERIS IN
ALEXANDRI MILITES EXERCITA, Milesia Ceres Mileto
ab Alexādro capta milites, q templū spoliaturi irruperāt, flāma obiecta pri
uauit oculis,

DE PERSARVM IN APOLLINEM Religione,

Persæ mille nauium numero Delum cōpulsi. templo Apollinis religiosas
potius manus, q̄ rapaces adhibuerunt,

DE RELIGIONE ATHENIENSIVM QVI PHILOSO-
PHOS ETIAM IRRELIGIOSE Disputātes non tulerūt,

Atheniēses Diagorā philosophū pepulerūt, qa scribere ausus fuerat, p̄mū
ignorasse an dij essent, deinde si sint, q̄les sint. Idē Socratē dānauerūt, q̄
nouā religionē introducere videbat. Iidem Phidiam tulerunt quādiu is
marmore poti⁹, q̄ ebore Mineruā fieri debere dicebat. q̄ diuti⁹ nitor esset

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-35a1039/13-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

mãsurus. sed vt adiecit, & vili⁹. tacere iusserũt. DE DIOMEDONTE.

Diomedon vnus ex decẽ ducibus. q cadẽ pugna Atheniẽsibus victoriam sibi vero dãnationẽ pepererũt, cũ iam ad meritũ suppliciũ duceretur, nihil aliud loquut⁹ ẽ, q̃ vt vota, p incolũitate exercit⁹ ab ip̃o nũcupata soluerent

DE SIMVLATA RELIGIONE CAPVT Tertiũ.

NVma Pompilius, vt P, R, sacris obligaret. volebat videri sibi cũ dea Aegeria cõgress⁹ eẽ nocturnos, eiusq; monitu, se, q̃ accepta dijs imortalib⁹ sacra forent, instituere. DE SCIPIONE Africano,

Scipio African⁹ nõ ante ad negocia publica vel p̃uata ibat. q̃ in cella Iouis capitolini morat⁹ fuisset. & ideo Ioue genit⁹ credebat. DE L, SYLLA,

L, Sylla quoties prælium cõmittere destinabat paruũ Apollinis signũ Delphis sublatũ in cõspectu militũ complexus. orabat vti promissa maturaret

DE QV, SERTORIO,

Qu, Sertorius per asperos Lusitaniæ colles Ceruã albã trahebat. ab ea se, quæ nam aut agenda, aut vitanda essent. prædicans admoneri,

EXTERNA DE MINOE CRETAE INSVLE REGE,

Minos Cretensiũ Rex nouo quoq; anno ĩ quoddã prælatũ, & vetusta religiõe cõsecratũ specus secedere solebat, et in eo moratus tanq̃ a Ioue, quo se ortũ ferebat. traditas sibi leges prærogabat,

DE PISISTRATO ATHENIENSIVM TYRANNO,

Pisistratus in recuperandã Tyrannidẽ. quã amiserat simulatione reducẽtis se in arcẽ Mineruæ est vsus cũ per ostentationem ignotæ mulieris. quæ Phia vocabatur formatæ ad habitũ Deæ Athenienses deciperet,

DE LICVRGO LACEDEMONIORVM LEGISLATORE,

Lycurgus consilio Apollinis grauissimæ Lacedæmoniorum ciuitati leges compositas ferre se persuasit,

DE SELEVCHO,

Seleuchus sub nomine Mineruæ apud Locrenses prudentissimus habit⁹ est. Bacchanalium sacrorum mos nouus institutus. cũ ad pernitiosam vesaniam iretur, sublatus est,

DE AVSPICIIS, CAPVT QVARTVM,

DE LVCTATIO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbr de bvb 20-35a10319/14-1
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/15-6
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

Marco Ciceroni mors imminēs auspicio prædicta est. cū eñ in villa caietana esset. coruus in cōspectu eius horologij ferrū loco motum excussit & protinus ad ipsum tetendit. ac laciniā togæ eo vsq; morsu tenuit. donec seruus ad occidendū eū milites venisse nūtiaret. DE MARCO BRVTO

Marcus Brutus cum reliquias exercitus sui aduersus Cæsarē, et Antoniū eduxisset. duæ Aqlæ ex diuersis castris aduolauerūt. et edita iter se pugna. ea quæ ex parte Bruti fuerat, male multata fugit,

EXTERNA DE REGE ALEXANDRO,

Cum Rex Alexander vrbē in ægypto cōstituere vellet. architect⁹ Democrates cū cretā nō haberet. polētaq; futuræ vrbis lineamēta deduxisset. ingēs auiū multitudo p̄mo lacu emersa polētā depasta est. quod sacerdotes ægyptiorū interp̄tati sunt aduenarū frequētiæ alimētis suffecturā vrbem,

DE DEIOTARO REGE,

Deiotaro vero regi omnia fere auspicata gerēti salutaris aqlæ cōspect⁹ fuit q̄ visa abstinuit se ab eius tecti vsu. q̄d nocte insequēti. ruina solo æq̄tū est

DE OMINIBVS. CAPVT QVINTVM,

Ominum etiam obseruatio aliquo contactu religionis, innexa est q̄ñ non fortuito motu, sed diuina p̄uidētia, cōstare credit̄, q̄ effecit. vt vrbe a Callis deleta. deliberātibus P, C, vtrū Veios migrarēt. an sua mœnia restituerēt. forte eo tpe, ē p̄sidio cohortib⁹ redeūtib⁹, cēturio in Comitio exclamaret, Signifer stātiæ signū. hic optime manebimus. ea eñ voce audita, senat⁹ accipere omen se respōdit, e vestigioq; Veios transeūdi cōsiliū omisit, Quā paucis verbis de Domicilio futuri sūmi imperij confirmata ē cōditio, Credo indignū dis existimātib⁹. prosperis auspicijs Romanū nomē ortū, Veientanæ vrbis appellatiōe mutari, inclytæq; victorie decus mō abiæcte vrbis ruinis infūdi, Hui⁹ tā p̄clari operis autor Camill⁹ cū esset p̄cat⁹, vt sicui deorū nimia felicitas populi romani videret̄ ei⁹ īuidia suo aliq̄ incōmodo satiarēt. subito lapsu decidit, q̄d omen ad dānationē, q̄ postea oppressus ē. ptinuisse visū ē. merito aūt de laude inter se, victoria, & pia precatio amplissimi viri certauerūt, æque eñ virtutis est & bona patrie auxisse. et malaiis se trāsferre voluisse, DE LV, PAVLO ET FILIA

Quid illd'? q̄d, L, Pau, consuli euenit, q̄ memorabile? cū ei sorte euenisset

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbr de bvb 20-35a10319/16-1
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE OMINIBVS,

vt bellũ cum rege Persa geteret. et domũ e curia regressus, filiolã suã noie Tertiam, quæ tũ erat admodũ paruula, osculatus. tristẽ animaduerteret. Interrogauit qd ita eo vultu esset? quæ respondit Persam perisse (decesserat autẽ Catellus, quẽ puella in delitijs habuerat nomine Persa) arripuit igitur omen Paulus. eq; fortuito dicto, quasi certã spem clarissimi triũphi animo præsumpsit.

DE CAECILIA METELLI,

At Cæcilia Metelli dum sororis filiæ, adultæ ætatis Virginis, more prisco, nocte cũcubia nuptialia petit. omẽ ipsa fecit. nã cũ in sacello quodã, eius rei gratia aliquãdiu psedisset. nec aliqua vox ꝓposito cõgruẽs esset audita, fessa longa stãdi mora puella, rogauit materterã. vt sibi paulisp locũ residẽdi accõmodaret. cui illa. ego vero inqt libẽter tibi mea sede cædo. quod dictũ ab indulgẽtia profectũ, ad certi ominis ꝓcessit euentum. quoniã Metellus nõ multo post mortua Cæcilia, virginẽ, de q̃ loquor, in mr̃imoniũ duxit,

DE C, MARIO ET OMINIS OBSERVATIONE,

Caio aũt Mario obseruatio ominis ꝓculdubio saluti fuit. q̃ tẽpore hostis a senatu iudicatus. in domũ Fanniæ Minturnis custodiæ causa deductus est. animaduertit eñ A sellũ, cum ei pabulũ obijceret. neglecto eo, ad aq̃ ꝓcurrentẽ. quo spectaculo, deorũ prouidẽtia quod sequeret, oblatũ ratus alioqui etiã interpretandarũ religionũ peritissimus. a multitudine, que ad opem illi ferendã cõfluxerat. impetrauit. vt ad mare ꝓduceret. ac ꝓtin⁹ nauiculã cõscendit. eaq; in Africã ꝓuectus, arma Syllæ victricia effugit,

DE POMPEIO MAGNO,

Pompeius vero magnus in acie Pharsalica victus a Cæsare. fuga querẽs salutẽ. cursu in insulã Cyprũ, vt aliqã i ea viriũ cõtraheret. classem direxit, appellensq; ad oppidũ Paphũ. cõspexit in littore speciosum ædificium. gubernatorẽq; interrogauit, quod ei nomẽ esset? q̃ respondit κακοβασιλεα vocari. quæ vox spem eius, quãtulacũq; restabat. cõminuit. Neq; id dissimulanter tulit. auertit eñ oculos ab illis tectis. ac dolorẽ, quẽ ex diro omine conceperat. gemitu patefecit.

DE MARCO BRVTO,

Marci etiã Bruti dignus, admisso parricidio euentus, est omie designatus. siqdẽ post illud nefariũ opus, natalẽ suũ celebrãs. cum græcũ versum exprimere vellet. ad illud potissimum Homericũ referendũ animo tetendit,

B ij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-35a1039/17-6
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE PRODIGIIS.

magnoꝝ numero in potestatē redacto, buna castra, punicis opib⁹ referta, cæperunt,

DE LACV ALBANO.

Item cū bello acri, et diutino Veientes a Romanis intra mœnia cōpulsi capi nō possent, eaꝝ mora non minus obsidētibus, q̄ obsessis intolerabilis videret. exoptatæ victoriæ iter nitro, pdigio di immortales patefecerūt. Subito enī Albanus lacus neq; ecclesiubus auctus imbribus, neq; inundatiōe vllius amnis adiutus, solitū stagni modū excessit. cuius rei explorādæ gratia legati ad Delphicū oraculū missi retulerūt ꝑcipi sortibus. vtaguā eius lacus emissam, p agros diffunderēt. Siceū Veios in potestatem populi Romani venturos. Quod priusq̄ legati renūtiarēt. Aruspex Veientiū a milite nro. quia domestici interpretes deerāt, rapt⁹. & in castra platus, futurū dixerat. Ergo Senatus duplici prædictione monit⁹, eodē pene tēpore. et religioni paruit. et hostiū vrbe potitus est. Nec parū pſperi successꝰ ēē sequi.

DE LVCIO SILLA CONSVLE.

Lucius Sylla cōsul Sociali bello, cū in agro Nolano ante ꝓtoriū immolaret, subito ab vna parte aræ ꝓlapsam anguē pspexit, qua visa Posthumij aruspicis hortatu cōtinuo exercitū in expeditionē eduxit. ac fortissima Samitū castra cepit, quæ victoria futuræ eius amplissimæ potētiæ gradus, & fun damētū extitit.

DE C. VOLVMINO ET SERVIO SVLPICIO.

Præcipue admirationis etiā illa pdigia, quæ C. Volumino, et Ser. Sulpicio COSS. in vrbe nostra inter initia motus q; bellorū acciderūt. Bos nanq; mugitu suo in sermonē humanū cōuersa, nouitate monstri, audientiū animos exterruit. Carnis quoq; in modū nimbi dissipatæ partes ceciderunt, quarū maiorē numerū præpetes diripuere aues. reliquū humi per aliquot dies, neq; odore vllo, neq; deformi aspectu mutatū, iacuit. Eiusdē generis monstra alio tumultu credita sunt. Puerū infantē semestrē in foro Boario triūphū pclamasse. Aliū cū elephātino capite natū. i Piceno lapides pluisse. In Gallia lupū vigilē vagina gladiū abstulisse. In Sicilia scuta duo sanguinem sudasse. Etiā metentibus cruētas spicas in corbē decidisse. Cæritei aqs sanguine mixtas fluxisse. Bello etiā Punico secūdo cōstitit. Cn. Domitio bouem dixisse. Caue tibi Roma.

DE CAIO FLAMINIO.

Caiꝰ aūt Flaminius inauspicato cōsul creatꝰ. cū apud lacū Trasimenū, cū

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

Hānibale cōflicturus, cōuelli signa iussisset. lapso equo sup caput eius humi prostratus est. nihilq; eo ꝓdigio inhibit⁹. signiferis signa moueri sua sede posse negātib⁹. malū ni continuo ea effodissent minatus est, Verū hui⁹ temeritatis vtinā sua tantū, non etiā Po, Ro, maxima clade pœnas pependisset. in ea nanq; acie, xv, milia Romanorū cæsa. vi. milia capta. xx. milia fugata sunt, Consulis obtrūcati corpus ad funerādū ab Hannibale quesitū est, qui quantū in ipo fuerat Romanū sepeliegar imperiū Flaminij aūt precipitē audatiā, C, Hostilius Mancinus vesana pseuerātia subsequit. cui consuli in Hispaniā ituro hæc prodigia acciderūt. cum Lanuuij sacrificum facere vellet pulli cauea emissi in proximā syluā fugerūt. summaq; diligentia quesiti reperiri nequiuerūt cūq; ab Herculis portu. quo pedib⁹ peruenerat. nauē conscenderet talis vox sine vllo autore ad aures eius peruenit. Mancine mane. qua territus cū itinere conuerso Genuam petisset, & ibi Scaphā eēt ingress⁹. anguis eximiæ magnitudis vis⁹ e cōspectu abijt. ergo numer⁹ ꝓdigiorū numero calamitatū æquauit infœlici pugna: turpi fœdere: deditione funesta,

ALIVD DE TITO GRACCHO

Minus mirā in homie parū cōsyderato temeritatē Titi Gracchi grauissimi ciuis exitus tristis, & ꝓdigio denūtiatus, nec euitatus cōsilio, facit, Consul eñ cū in Lucanis sacrificasset, angues duo ex ōcculto ꝓlapsi, repēte hostiæ quā imolauerat adeso iecinore in easdē latebras se rettulerūt. ob id deinde factū, instaurato sacrificio idē ꝓdigij euenit, Tertia quoq; cæsa victima, diligētiusq; asseruatis extis, neq; allapsus serpentū arceri, neq; fuga impediri potuit, q̄d q̄uis Aruspices ad salutē imꝑatoris ꝑtinere dixissent, Gracch⁹ tā nō cauit, ne ꝑfidi hospitis sui Flauij Isidijs, i eū locū deduct⁹, i q̄ pænor⁹ dux Mago cū armata manu delituerat iermis occideret, DE MARcello, et Cōsulatus collegiū, & terroris societas, et par gen⁹ mortis a Tito Graccho, ad Marcelli memoriā me trahit, Is eñ captarū Syracusarū. et Hānibalis ante Nolana mœnia a se ꝑimū fugere coacti. gloria inflāmatus, cū summo studio niteret, vt Pœnorū exercitū aut in Italia ꝓsterneret. aut Italia pelleret, solenniq; sacrificio volūtates deorū exploraret, quæ prima hostia añ foculū decidit, eius iecur sine capite inuentū est. proxima iecinoris duplex caput habuit. q̄bus inspectis Aruspex tristi vultu, nō placere sibi exta, qa

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE PRODIGIIS,

prima trūca, secūda nimis læta apparuissent, respondit. Ita monit⁹, M. Marcellus ne qd temere conaret insequēti nocte speculādi gr̄a cū paucis egredi ausus, a multitudine hostiū in Brutijs circūuent⁹, æq; magnū dolorē, ac detrimentū patrie, interitu suo attulit, DE OCTAVIO CONSVLE

Iam Octauius Cōsul dirū omen quēadmodū timuit. ita vitare nō potuit, e simulacro eiū Apollinis p se abrupto capite. et ita infixo humi, vt auelli nequeret. armis a collega suo Cinna dissidēs, p̄sumpsit ānīo ea re significari exitum suū. in quē metus augurij, tristi fine vitæ incidit. ac tū demū immobile Dei caput terra refigi potuit,

DE M. CRASSO,

Non sinit nos, M. Crassus inter grauissimas Ro, impij iacturas nūerādus hoc loco de se silentiū agere. plurimis, et euidētissimis, ante tantā ruinā mōstrorū pulsatus ictibus (ducturus eiū erat a Carris aduersus Parthos exercitū) pullū ei traditū est paludamentū, cū in p̄liū exeūtib⁹ albū, aut purpureū dari soleret. mœsti, et taciti milites ad p̄ncipia cōuenerūt. q vetere instituto cū clamore alacri accurrere debebāt. aquilaq; altera vix cōuelli a primipilo potuit. altera ægerrime extracta in cōtrariā. ac ferebat partē, scip̄am cōuertit, Magna hæc p̄digia, sed et illæ clades aliquāto maiores. tot pulcherrimarū legionū interitus, tā multa signa hostilibus ītercepta manibus tantū Romanæ militiæ decus. Barbarorū obtritū eqtatu, optimæ indolis, Filij cruore paterni respersi oculi. corp⁹ Impatoris inter p̄miscuas cadauerum strues auiū, ferarūq; laniatib⁹ obiectū. vellē qdē placidi⁹. sed relatu verū est, Sic deorū spreti præmonitus excādescūt, Sic hūana cōsilia castigant vbi se cœlestibus præfecerunt,

DE CN. POMPEIO,

Cneū etiā Pompeiū Iupiter oīpotēs abūde monuerat. ne cū C. Cæsare vltimā belli fortunā expiri cōtēderet. egresso a Dyrrhachio aduersa agimini ei⁹ fulmīa iaciēs. examinib⁹ apū signa obscurādo. subita tristitia implicatis militū anis, nocturnis totius exercit⁹ terroribus. ab ipsis altarib⁹ hostiaq; fuga. sed iuictæ leges necessitudīs. pect⁹ alioq; p̄cul ab Amētia remotū, p̄digia ista iusta æstimatiōe p̄pēdere passæ nō sunt, Itaq; dū ille eleuat autoritatē amplissimā. et opes p̄uato fastigio excelsiores, oīa ornamēta, q̄ ab ineūte adolescētia ad īuidiā vsq; cōtraxerat. spacio vni⁹ diei cōfregit, Quo cōstat in delubris deum, sua sponte signa conuersa militarē clamorē, strepitumq;

B iiij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

armorū, adeo magnū Antiochiæ, & Ptholemaide, auditū, vt in muros
cōcurrere ſonū tympanorū, Pergami abdatis delubris editū palmā viridē
Tralib⁹ in æde Victoriæ, ſub Cæſaris ſtatua inter coagmēta lapidū iuſtæ
magnitudinis enatā, quibus appareret cœleſtiū numen, & Cæſaris gloriæ
fauiſſe, et Pōpeij errorē inhibere voluiſſe. DE IVLIO CAESARE,
Tuas aras, tuaq; ſanctiſſima tēpla, Diue Iuli veneratus oro, vt propitio, ac
fauenti numine tantorū caſus virorū ſub tui exempli præſidio, ac tutela de-
litescere patiaris, Te enī accepimus, eo die, quo purpurea veſte velatus aus
rea in ſella cōſediſti, ne maximo ſtudio ſenatus exquiſitū, et delatū honorē
ſpreuiſſe videreris, pulcq; exoptatū cuiuſ oculis cōſpectū tui offerrēt, cultū
religionis in quā moxeras trāſiturus, vacaſſe, mactatoq; opimo boue cor
ē in extis non reperiſſe, ac reſponſum tibi a Spurina Aruſpice, ptinere id ſig-
nū ad vitā, et cōſiliū tuū, quod vtraq; hæc corde continerēt. erupit deinde
eorum parricidū, qui dum te hominū numero ſubtrahere volūt, deorum
cōcilio adiecerūt. Claudat hoc exēplo taliū oſtētorū domeſtica relatio. ne
ſi vſterius Romana apprehēdero, e cœleſti tēplo ad priuatas domos, nō cō
ſentaneos vſus trāſtuliſſe videar, Attingā igit externa, quæ latinis inſerta
literis, vt autoritatis minus habēt, ita aliqd gratæ varietatis afferre poſſint

DE EQVA PARIENTE LEPOREM EXTERNA,

In exercitu Xerxis, quē aduerſus paucā Græciā cōtraxerat, Equæ pariu
leporē editū cōſtat, quo genere monſtri tāti apparatus ſignificatus eſt euē
tus. Nam qui Mare claſſibus, Terrā pedeſtri opiuit exercitu, vt fugax aial,
pauido regreſſu, regnū ſuū repetere eſt coactus. Eidē montē Athon iux
ta idā trālgreſſo, priuſq; Athenas deleret Lacedæmonis iuadēdæ cōſiliū
agitanti, admirabde inter cœnā prodigiū incidit. infuſum nanq; pateræ ei⁹
vinū, in ſanguinē nec ſemel, ſed iterū, et tertio cōuerſum eſt, Qua de re con
ſulti magi monuerūt, vt ſe ab incepto ꝓpoſito abſtineret. et ſi ꝺ veſtigiū
in vecordi pectore ſenſus fuiſſet, cauere potuiſſet ante de Leonida, et Spar
tanis abunde monitus. DE MIDA,
Midæ vero, cuius impio Phrygia fuit ſubjecta, puero dormienti formicæ i
os grana tritici cōgeſſerūt. parentibus deinde eius quorſum ꝓdigiū rēderet
exploratibus Augures reſponderūt, omnū illū mortaliū futurū diuiſſimū

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um rlibr de bell 20-35a1019,022-5
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SOMNIIS,

nec vana p̄dictio extitit. nā Midas cūctorꝝ pene regū opes, abūdātia pecu
niæ añcessit ifantiæq; icunabula vtili deorū mūere donata onustus Auro,
atq; Argēto gazis pēsauit, DE PLATONE ALIVD MIRVM,
Formicis Midæ iure, meritoq; apes Platonis prætulerim, ille em̄ caducæ,
ac fragiles, hæ solidæ, & æternæ fælicitatis indices extiterūt. dormientis in
cunis patuuli labellis mel inserendo, Qua re audita, prodigiorū interp̄tes
singularē eloquij suauitatē ore eius emanaturā dixerunt, At mihi quidem
illæ apes non montem Hymettum Thymi flore redolentē, sed musarum
Heliconios colles omni genere doctrinæ virētes, dearū instinctu depastæ
maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquētiæ instillasse vident

DE SOMNIIS, CAPVT QVINTVM,

SEd quoniā diuitias Midæ. disertumq; Platonis somnū attigi. re-
feram. q̄ certis imaginib⁹, multorꝝ qes adūbrata sit. quē locū vn̄
potius ordiar. q̄ a Diui Augusti sacratissima memoria? eius medico Ar-
torio somnū capiēti nocte, quā dies insecutus est, quo in cāpis Philippicis
Romani inter se exercitus cōcurrere. Mineruæ species oborta præcepit. vt
illum graui morbo implicitū moneret. ne propter aduersam valetudinem
proximo prælio nō interesset. q̄d cum Cæsar audisset. lectica se deferri in
aciem iussit. vbi dum supra vires corporis p adipiscenda victoria excubat
castra eius a Bruto capta sunt, Quid ergo aliud putamus. q̄ diuino mu-
nere effectū. ne destinatū iam immortalitati caput, indignā cœlesti spiritu
fortunæ violentiā sentiret? Augustū vero præter naturalē animi in om
nibus rebus subtiliter p̄spiciēdis vigorē, etiā recens, et domesticū exemplū
vt Artorij somnio obtēperaret. admonuit, Audiuerat em̄ Diui Iulij patris
sui vxorē Calphurniā nocte. quā is vltimā in terris egit in qete vidisse. mul
tis eum cōfectū vulneribus in suo sinu iacentē, somnijq; atrocitate vehemē
ter exterritā, rogare non destitisse. vt proxima die a curia se abstineret. At
illum ne muliebri somnio motus id fecisse existimaret, seratū, in quo ei par
ricidarū manus allatæ sunt. adire cōtendisse, Non est inter patrē, & filium,
vlli⁹ rei cōparationē fieri. p̄sertim diuitatis fastigio iūctos. sed iā alt opib⁹
suis aditū sibi ad cœlū instruxerat. alteri lōgus adhuc terrestriū virtutū or-
bis restabat, q̄ ꝓpt ab hoc tātūmō pēdētē mutationē stat⁹ cognosci, ab illo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER PRIMVS,

etiam differri Di immortales voluerūt vt aliud cœlo decus daretur. aliud promitteretur,

DE P, DECIO ET M, TORQVATO,

Illud etiā somniū magnæ admirationis, & clari exitus, quod eadem nocte duo COSS, P, Decius et T, Manlius Torquatus Latino bello, & graui, & periculoso, nō ꝓcul a Vesuuij montis radicibus positis castris viderūt, Vtriq; eñ qdā per qetis speciē predixit, ex altera acie imperatorē, ex altera exercitū, dis Manibus, Matriq; Terræ deberi. Vtrius aūt dux copias hostium aggrederet, supq; eas, seseipsum deuouisset. victoriā habiturum. id luce proxima COSS, sacrificio, vel expiaturis, si posset auerti. vel si certū deorū etiā monitu visum foret, executuris, hostiarū exta somnio cōgruerēt. Cōuenitq; inter eos cuius cornu ꝑus laborare cœpisset. vt is capite suo fata pr̄iæ lueret, quæ neutro fōrmidāte, Deciū depoposcerēt. ALIVD SOM,

Sequitur æq; ad publicā religionē ꝑtinens somniū, cum plebeijs Ludis qdā paterfamilias ꝑ Circū Flaminiū, ꝑus. q̄ pompa induceret. seruū suū verberibus mulctatum, sub furca ad suppliciū egisset. Latino homini ex plebe, Iupiter in quiete præcepit. vt COSS, diceret, sibi præsultorē Ludis Circē sib⁹ ꝓximis nonplacuisse. quæ res, nisi attēta ludorū instauratione expiata esset. secuturum nō mediocre vrbis periculū. Ille veritus ne cū aliquo incōmodo suo, religione summū implicaret imperiū, silentiū egit. Euestigioq; filius eius subita vi morbi correptus, interijt. Ipse etiā per qetē ab eodē deo interrogatus, an satis magnā pœnā neglecti imperij sui pepēdisset: in ꝓposito ꝑseuerās, debilitate corporis solutus est. ac tum demū ex cōsilio amicorū, lectica ad tribunal COSS, & inde ad senatū platus, ordie toti⁹ casus sui exposito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorū firmitate, pedibus domum redijt,

DE MARCO CICERONE,

Ac ne illud qdē iuoluēdū silētio. inimicorū. cōspiratiōe vrbe pulsus. M. Cicero. cū in villa q̄dā cāpi Ātinatis diuersaret. is anio in somnū ꝓfuso, ꝑ loca deserta, et inuias regiones vagāti sibi. C. Mariū cōsulatus ornatū insignib⁹ putauit obuiū factū, interrogantē eū. Quid ita, tā tristi vultu, īcerto itinere ferret? audito deinde casu, q̄ cōflictabat. cōprehēdisse dexterā suā. ac se ꝓximo lictori in monimentū ipsius deducendū tradidisse. q̄d diceret ibi esse ei lætiorē status spē repositā. nec aliter euenit. Nam in æde Iouis Mariana,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SOMNIIS,

Senatuscõ, de reditu eius est factũ, DE CAIO GRACCHO,

Caio aũt Graccho imminẽtis casus atrocitas palã, atq; apte per quietẽ denũciata est, somno eñ pressus Tiberij Gracchi fratris effigiẽ vidit dicentis sibi nulla ratione eum vitare posse vt eo fato nõ periret, quo ipse occidisset. Id ex Graccho prius, q̃ tribunatũ in q̃ fraternũ exitũ habuit, iniret, multi audiuerũt. Cœlius etiã certꝰ Romane historiæ autor sermonẽ de ea re ad suas aures, illo adhuc viuo, puenisse scribit DE CASSIO PARMENSI

Vincit hujuscemodi somnij dirũ aspectũ quod sequit. apud Actiũ. M. Antonij fractis opibus, Cassius Parmẽsis, qui partes eius secutꝰ fuerat, Athenas cõfugit. vbi cõcubia nocte, cũ solicitudinibus, & curis, mente sopita, in lectulo iaceret. existimauit ad se venire hoĩem ingẽtis magnitudinis, coloris nigri, squallidũ barba, et capillo demisso. Interrogatũq; quisnã esset: respondisse κακοδαίμονα, perterritꝰ deinde tã tetro visu, et noĩe horrẽdo, seruos inclamauit, Sciscitatusq; est. siquẽ talis habitus, aut intrãtem cubiculũ aut exeuntẽ vidissent. qbus affirmãtibus meminẽ illuc accessisse. iterũ qeti, et somno se dedit, atq; eadẽ animo eius obuersata est species, Itaq; fugato somno, lumen introferri iussit, puerosq; a se discedere vetuit. Inter hanc noctem, & supplicũ capitis, quo eũ Cæsar affecit, paruulũ admodũ tempus accessit, DE ATTERIO RVFO,

Propioribus tñ (vt ita dicã) lineis Atterij rufi eqtis Romani somniũ certo euentu admonitũ est. qui, cũ gladiatoriũ munus Syracusis ederet, inter quietẽ Retiarij se manu cõfodi vidit. idq; postero die in spectaculo cõfessoribus narrauit, Incidit deinde. vt proximo ab eqte loco, Retiarius, cũ Mirmillone introduceret, cuius cũ faciem vidisset, idẽ dixit ab illo se Retiario trucidari putasse. ꝑtinusq; inde discedere voluit. illi sermone suo. metu eiꝰ discusso, causam exitij misero attulerũt, Retiarius eñ in eum locũ cõpulso Mirmillone, & abiecto, dum iacentẽ ferire conat. trãsiectũ gladio Atteriũ interemit. EXTERNA DE HANNIBALE,

Hanibalis quoq; vt detestandũ Romano sanguini. ita certæ ꝑdictõis somniũ. cuius nõ vigiliæ tantũ, sed etiã ipsa qes, hostilis impio nostro fuit. hausit enim ꝓposito, et votis suis cõuenientẽ imaginem. existimauitq; missum sibi a Ioue, mortali specie excelsiorẽ iuuenẽ, inuadẽdæ Italiæ ducem, cuius

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SOMNIIS,

monitu, primo, vestigia nullā in partē secutis oculis, mox humani ingenij
pna voluntate vetita scrutādi pone respiciens, animaduertit immēsæ mag
nitudinis serpentē, cōcitato impetu omne, quicquid obuiū fuerat, pteren-
tem. postq; eā magno cū cœli fragore erūpētes nimbos, lucēq; caliginosis
inuolutā tenebris. Attonitus deinde qdnā esset monstri, ecqd portenderet
interrogauit. hic Dux, Italiæ vides inquit vastitatē. proinde sile. & cætera
tacitis permitte fatis,

DE ALEXANDRO,

Quā bene Macedoniæ rex Alexāder p quietē visa imagine pmonit⁹ erat,
vt vitæ suæ custos esset diligentior. si eū etiā cauēdi periculi cōsilio fortuna
instruere voluisset. Nanq; cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius
cognouit. q̄ exitu sensit. existimauit enim se ab illo interfici. cū cum nunq̄
vidisset. interposito deinde tempore. postq̄ in cōspectū venisset, nocturni
met⁹ patefacta imagine, vt Antipatri filiū esse cognouit. adiecto versu græ
co, qui fidē somniorū eleuat. pparati iam aduersus caput suū veneficij, quo
occidisse Cassandri manu creditur. suspitionē animo repulit,

DE SIMONIDE POETA,

Longe indulgētius Di in Poeta Simonide. cuius salutarē inter qetē admo
nitionē cōsilij firmitate roborauerūt. Is eñ. cū ad littus nauē appulisset, in-
humatūq; corpus iacēs, sepulturæ mādasset. admonitus ab eo. ne pximo
die nauigaret. in terra remāsit. qui inde soluerāt. fluctibus, & pcellis, in cō-
spectu eius obruti sunt. Ipse lætat⁹ est. qd vitā suā somnio q̄ naui credere
maluisset. Memor aūt beneficij elegātissimo carmine æternitati cōsecrauit.
Melius illi, et diuturnius, in animis hominū sepulchrū constituēs. q̄ in de-
sertis, et ignotis arenis struxerat,

DE CROESO,

Efficax et illa qetis imago, quæ Crœsi, regis animū maximo prius metu,
deinde etiā dolore cōfecit. Nam e duobus filijs, et ingēti agilitate, et corpo
ris dotibus præstātiorē, imperijq; successioni destinatū Atym, existimauit
ferro sibi ereptū. Itaq; qcquid ad euitandā denūtiatæ cladis acerbitatē pti-
nebat, nulla ex parte patria cura cessauit auertere. Solit⁹ erat iuuenis ad bel
la gerenda mitti. domi detētus est. Habebat armamētariū oñis generis te-
lorū copia refertū. id quoq; amoueri iussit. gladio cinctis comitibus vtebat
vetiti sunt ppius accedere. necessitas tñ aditū luctui dedit. Cum eñ ingētis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SOMNIIS,

magnitudinis Aper olympi montis culta, crebra cũ agrestiũ strage, vastaret. inusitatoq; malo regiũ imploratũ esset auxiliũ. filius a patre extorsit. vt ad eum opprimendũ mitteretur. eo quidẽ facilius q; non dentis. sed ferri sæuitia in metu reponebat. Verũ dum acri studio interficiendi suem om̃es sunt intẽti. pertinax casus imminẽtis violentiæ lanceã, petendæ feræ gratia missam in eum detorsit. et quidẽ eam potissimũ dexterã nefariæ cædis crimine voluit aspergi. cui tutela filij a patre mãdata erat. quamq; Crœsus imprudentis homicidij sanguine violatã. hospitales veritus deos, supplicem sacrificio expiauerat.

DE CYRO,

Nec Cyrus quidẽ supior, inuictæ fatorũ necessitatis, paruulũ argumentũ est. cuius ortus ad imperiũ totius Asiæ spectãtis, maternꝰ auus Astyages, duos prænũtios somnij frustra discutere tentauit. Mãdanen filiã suã, q̃ in qete viderat vrina eius om̃es asiaticas gẽtes inundasse, nõ Medorꝝ excellẽtissimo. ne in eiꝰ familiã regni decus trãsferret. sed persarũ modicæ fortunæ viro collocãdo, natũq; Cyrũ exponi iubẽdo. qa similiter qetis temporibꝰ existimauerat genitali pte Mãdanes, enatã vitẽ eo vsq; creuisse, donec cũctas dñationis suæ partis inũbraret. frustratꝰ ẽ eñ se ipe. Nepotis felicitatẽ cœlestiũ iudicio destinatã, hũanis cõsilijs ĩpedire conãdo,

DE DIONISIO

eorũ vim vniuersam.oiacq insignia sub titulo cõsulatus in sestralata cerne ret inuidiosum magistratus fastigiũ.moderatione sua ad tolerabilẽ habi tũ deduxit. fasces securib? vacue faciendo. et concione populo summitten do.numerũ quoq eorum dimidia ex parte minuit.vltro Spurio Lucretio collega assumpto.ad quẽ,qa maior natu erat. prior fasces trãsferri iussit.le gem etiã comitijs centuriatis tulit ne qs magistratus ciuẽ Romanũ aduers? prouocationẽ verberare aut necare vellet, Ita q̃ ciuitatis conditio liberior esset. imperiũ suũ paulatim destruxit,Quid q̃ ædes suas diruit qa excelsio re loco posita.inistar arcis habere videbant. nõne quantũ domo inferior. tũ gloria superior euasit?

DE FVRIO CAMILLO.

Vixiuuat abire a Publicola.sed venire ad Furiũ Camillũ libet.cuius tam moderatus ex magna ignominia ad summũ imperiũ transitus fuit.vt cum prælij diu ci? ciues capta vrbe a Gallis Ardeæ exulantis petissent.nõ Pr? Veios ad accipiendũ exercitũ iret.q̃ de Dictatura sua oia solenni iure acta cõperisset.Magnificus Camilli Veientanus triũphus.egregia gallica victo ria,sed ista cũctatio lõge admirabilior Multo em.multoq̃ ipsum q̃ hostẽ superare operosius est,nec aduersa,ppera festinatione fugientẽ.nec secũda effuso gaudio apprehedentem. DE M,RVTILIO CENSORINO

Par Furio moderatione Marc? Rutil? Censorinus, Iterũ em Censor,crea tus ad contionẽ populũ vocatũ q̃ potuit grauissima oratione corripuit. qd' eam potestatẽ bis sibi detulisset.cuius maiores. qa nimis magna videretur temp? coartandũ iudicarent vterq; recte & Censorinus & Populus alter em, vt moderate honores crederent, præcepit.alter se moderato credidit,

DE L, QVINTIO,

Age L,Quinti? cincinnatus qualẽ.COSS.gessit.cũ honorẽ eius P,C,cõ tinuare vellent.nõ solũ propter illius egregia opera.sed etiam q̃ populus eosdẽ tribunos in proximũ annũ creare conabat. quorũ neutrũ iure pote rat fieri:vtrunq; discussit senatus studiũ simul inhibendo. & tribunos ve recundiæ suæ exemplũ sequi cogendo.atq; vnus causa fuit. vt amplissim? ordo.populusq; tut? esset ab iniusti facti reprehẽsiõe, DE FABIO Max,

Fabius vero Max,cũ a se quinqes. et a Patre, Auo,Proauo.maioribusq; suis,sepenũero cõsulatũ gestũ animaduerteret.in comtijs qb? Iuli? suus summo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CONSTANTIA,

cõsensu, COSS, creabat q̃ potuit cõstanter cũ populo egit. vt aliquando vacationẽ huius honoris Fabiæ genti daret. non q virtutib⁹ filij diffideret (erat eñ illustris) sed ne maximũ imperiũ in vna familia cõtinuaret, Quid hac moderatione efficatius? aut valẽtius? q̃ etiã patrios affectus. qui potentissimi habent, superauit,

DE AFRICANO SVPERIORE,

Non defuit maiorib⁹ grata mens ad præmia superiori Africano exoluenda, Siquidẽ maxia eius merita parib⁹ ornamentis decorare conati sunt, voluerũt illi statuas in comitio. in Rostris. in curia. in ipsa denique Iouis, OP, Max. cella ponere. voluerũt imaginẽ eius triũphali ornatu indutã capitolinis puluinaribus applicare. voluerũt ei continuũ per oẽs vitæ annos Cõsulatũ, perpetuãq; Dictaturã tribuere. quorum sibi nil, neq; plebiscito dari neq; S. Consulto decerni paciẽdo. pene tñ in recusandis honorib⁹ se gessit. quantũ egerat in merendis,

DE EODEM AFRICANO,

Eodẽ robore mentis causam Annibalis in senatu protexit. cum cũ ciues sui missis legatis tanq̃ seditiones apud eos mouentem accusarent. adiecit quoq; nõ oportere P. C. se Reip. Carthaginensiũ interponere, altissimaq; moderatiõe alterius saluti cõsuluit. alteri⁹ dignitati. victoria tenus. vtriusq; hostem egisse contentus,

DE M. MARCELLO,

At M. Marcellus, qui primus & Annibalẽ vinci. & Syracusas capi posse docuit. cũ in consulatu eius Siculi de eo questũ i vrbẽ venissent. nec senatũ vlla de re habuit. quia collega Valerius Leuinus forte aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiores essent. & vt is rediit, vltro de his admittendis retulit, querentesq; de se patienter sustinuit. iussos etiã aleuino discedere. remanere, vt suæ defensioni interessent, cœgit. ac deinde vtraq; parte perorata. etiã excedentes curia subsecutus est. quo liberius senatus sententiã ferret. improbatis quoq; eorũ quærelis. supplices. & orantes. vt ab eo in clientelã reciperent. dementer excepit, sup hæc Siciliã sortitus. eã prouitiã collegæ cessit, Toties laudatio Marcelli variari potest. quoties nouis ipse gradibus moderatione aduersus socios vsus est,

DE T. GRACCHO TRIBVNO PLEBIS,

Quã etiã Tiberius Gracch⁹ admirabilẽ se exhibuit Tribun⁹ eñ plebis. cũ ex pfesso inimicitias cũ Africão et Asiatico Scipionib⁹ gereret. et Asiatic⁹

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS,

iudicate pecuniæ satisdare nō posset, atq; ideo a COSS. in vincula publica duci iussus esset, appellasset eq; collegiū tribunorū. nullo volente intercedere secessit a collegis. Decretūq; cōposuit. nec quisq; dubitauit, quin eo scribē do, irati hostis aduersus Asiaticū verbis vsurus esset. At is iurauit pmū cū Scipionib⁹ se in gratiā nō rediisse. deinde tale decretū recitauit. Cū L. Cornelius Scipio die triūphi sui ante curtū actos hostiū duces in carcerē cōiecerit, indignū & alienū a maiestate P. R. videri eundē ipm duci. Itaq; id non passurū fieri, Libenter tūc opinionē suā, P. R. a Siraccho deceptā cognouit moderationēq; ei⁹ debita laude plecut⁹ est. DE C. CLAVDIO nerone

Caius quoq; Claudius Nero inter cætera præcipuæ moderationis exēpla numerā dus est. L. Iuij Salinatoris in Asdrubale opprimēdo particeps gloriæ fuerat. & cū eū triūphantē equo sequi, eq; triumpho. quē ei senatus a quæ decreterat. vti maluit. quia res in quintia Salinatoris gesta fuerat. sine curru ergo triumphauit, eo quidē clarius. q; illius victoria tm̄ mō laudabat. huius etiā moderatio. DE AFRICANO POSTERIORE.

Nec Africanus quidē posterior nos de le patif tacere. q Censor cū lustrū cōderet. incp̄ soluto sacrificio scriba ex publicis tabulis solēni eius precationis carmine præiret. quo Dij immortales vt P. R. res meliores. ampliores q; facerent rogabant. satis (inquit) bone ac magnæ sunt. Itaq; precor. vt eas perpetuo incolumes seruent. ac protinus in publicis tabulis ad hūc modū carmē emendari iussit. Qua votorū verecundia deinceps Censores in condendis lustris vsi sunt. Prudenter eīm sensit tunc incrementū Romano imperio petēdū fuisse. cū intra septimū lapidē triumphi quærebant. maiorem aūt totius terrarū orbis partē possidenti. vt auidū esset quicq; vltra appetere. Ita abūde felix. si nihil ex eo q̄d obtinebat, amitteret. Neq; alia ei⁹ in Cēsura moderatio pro tribunali apparuit, Centurias recognoscens equitū. post q; C. Licinū Sacerdotē citatū processisse animaduertit, dixit illū se scire verbis conceptis peieraſſe. propīde si quis eū accusare vellet, vsurū testimonio suo. sed nullo ad id negotiū accedente, Traduc equū (inquit) facerdos. ac lucrifac censorīā notā. ne ego in tua persona & accusatoris, & testis, & Censoris & iudicis partes egisse videar. DE Q. SCEVOLA.

Quod animi tēperamentū etiam in Quinto Scevola excellētissimo viro

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



adnotatū est. testis nanq; in reum ꝓductus, cum id respondisset. quod salutem periclitantis magnopere læsurū videbat, discedēs adiecit, ita sibi credi oportere. si et alij idē asseuerassent, quoniā vni⁹ testimonio aliquē credere pessimi esset exempli. & religioni igit suæ debitā fidem, & cōmuni vtilitati salubre cōsiliū reddidit,

DE METELLO MACEDONICO,

Sentio quos ciues, quæ ve facta eorū, ac dicta, q̄ angusto ambitu oratōis amplectar, sed cū magna mihi, et multa breuiter dicēda sint. claritate excellētibus. infinitis ꝑsonis. rebusq; circūfusus, vtrūq; præstare nō possum. Itaq; ꝓpositi quoq; nostri ratio nō laudāda sibi omnia, sed recordāda simplit. Quapropter bona cū venia duo Metelli Macedonicus, et Numidic⁹, maxima patriæ ornamēta, strictī se narrari patient, Acerrime cū Scipione Africano Macedonicus dissenserat. eorūq; ab æmulatione Virtutis ꝑfecta contentio, ad graues, testatasq; inimicitias ꝓgressa fuerat, Sed tamē cum interemptū Scipionē, cōclamari audisset. in pnblicū se proripuit mœstoq; vultu & voce cōfusa, cōcurrite, cōcurrite (inqt) ciues. mœnia nr̄æ vrbis euersa sunt, Scipioni em̄ Africano intra suos penates qescenti, nefaria vis allata est O remp, pariter Africani morte miserā, et Macedonici tam hūana. tamq; ciuili lamentatione fœlicē. Eodem em̄ tempore, et quantū amisisset principē et qualem haberet, recognouit. Idem filios suos monuit. vt funebri eius lecto humeros subijcerent. atq; huic exequiarū, illum honorē vocis adiecit non fore, vt postea id officium, ab illis maiori viro præstari posset Vbi illa tot in curia iurgia? Vbi tā multæ ꝓ rostris altercationes? Vbi maximorū ciuiū, et ducū tantorū rogata prælia? omnia nimirū ista, præcipua veneratione ꝑsequēda deleuit moderatio.

DE METELLO NVMIDICO

Numidicus aūt Metellus populari factione patriapulsus, in Asiā secessit, in qua, cum ei forte ludos Tralibus spectāti literæ redditæ essent. quibus scriptum erat, maximo Senatus, et Populi cōsensu, reditū illi in vrbē datū, non e theatro prius abijt, q̄ spectaculum ederet, non lætitiā suam ꝓxime sedentibus vlla ex parte patefecit. sed summū gaudiū intra se continuit. Eundem constat pari vultu, et exulem fuisse, et restitutū. adeo moderationis beneficio, medius semper inter secundas. et aduersas res animi firmitate versatus est,

DE CATONE POSTERIORE,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LBER TERCIVS,

Tot familijs in vno genere laudis enũeratis. Porciũ nomẽ velut exps huiusce gloriæ silentio ꝑtereũdũ se negat, Posterior Cato nõ paruo summæ moderationis fisus indicio, cypriacã pecuniã, maxima cũ diligẽtia, et sanctitate, in vrbẽ deportauerat. cuius ministerij gr̃a senatus relationẽ interponi iubebat. vt Prætorijs comitijs extra ordinẽ ratio eius haberet. sed ipse id fieri passus nõ est. iniquũ esse affirmãs. q̃d nulli alij tribueret sibi decerni, ac ne quid in persona sua nouaret. campestrẽ experiri temeritatẽ, q̃ curiæ beneficio vti satius esse duxit,

DE M, BIBVLO,

Ad externa iam mihi exẽpla transire conanti. M, Bibulus vir amplissimæ dignitatis, & summis honoribus functus, manus inijcit, q cũ in Syria moraret, puincia, duos egregiæ indolis filios suos a Gabinianis militib⁹ Aegypti occisos cognouit, Quorũ interfectores ad eũ vinctos, regina Cleopatra misit. vt grauissimæ cladis vltionem, arbitrio suo exigeret. at ille oblato beneficio, quo nullũ maius tribui lugenti potuerat. dolorẽ moderationi cedere coegit. carnificesq; sanguinis sui, intactos euestigio ad Cleopatram reduci iussit. dicendo, potestatẽ huius vindictæ non suam, sed senatus esse debere.

DE ARCHITA TARENTINO EXTERNA,

Tarẽtinus Archytas, dum se Pythagoræ præceptis Metaponti penit⁹ immergit. magno labore, lõgoq; tẽpore solidũ op⁹ doctrinæ cõplex⁹. postq̃ in patriã reuertit. ac rura sua reuisere cœpit. animaduertit negligẽtia villici corrupta, & perdita. Intuẽsq; male meritũ. sumpsissem (inqt) a te suppliciũ nisi tibi iratus essem. maluit eñ impunitũ diuittere q̃ ꝓpter iram grauius iusto punire.

DE PLATONE PHILOSOPHO,

Nimis liberalis Archytæ moderatio, tẽperatior Platonis, nã cũ aduersus delictũ serui vehemẽtius exarsisset. verit⁹ ne ipse modũ vindictæ dispicere nõ posset, Speusippo amico castigatiõis arbitriũ mãdauit. deforme sibi futurũ existimãs, si cõmisisset. vt parẽ reprehẽsionẽ culpa serui, & animaduersio Platonis mereret.

DE EODEM,

Quominus miror q̃ in Xenocrate discipulo suo tam cõstanter moderat⁹ fuit. audierat eñ eum multa de se impie locutũ. sine vlla cunctatione criminationẽ respuit. instabat certo vultu index querẽs causam cur sibi fides nõ haberet? adiecit nõ esse credibile. vt quẽ tãtope amaret. ab eo inuicẽ nõ dili-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE ANIMI MODERATIONE,

gere. Postremo cū ad insistrandū inimici asserētis malignitas confugisset, ne de piurio eius disputaret, affirmauit nunq; Xenocratē illa dicturū fuisse nisi ea dici sibi expedire iudicasset. nō in corpore mortali, sed i arce celesti equidē armatū animū eius, vitæ statione putes peregisse. hūanorū vitiorū incursus a se inuicta pugna repellentē. cunctosq; virtutis nūeros, altitudinis suæ ignu clausos custodiētem. DE SYRACVSANO DIONE

Nequaq; Platoni literarū cōmendatione par Syracusanus Dion. sed q̄d ad præstandā moderationē attinet, vehementioris experimēti Patria pulsus a Dionysio tyranno, Megarā petierat. vbi cū Theodorū principē eius vrbis domi cōuenire vellet, neq; admitteret. multū, diuq; ante fores retentus, comiti suo patiēter hoc ferendū esse ait. forsitan eīn et nos cū in gradu dignitatis nostræ essemus, aliquid tale fecimus. qua trāquillitate cōsili, ipse sibi cōditionē exilij placidiorē reddidit. DE THRASYBVLO,

Thrasybulus etiā hoc loci apprehēsendus est. qui populū Atheniensem xxx. tyrannorū feuitia sedes suas relinquere coactū, dissipatq; & vagam vitā miserabiliter exigentē, animis pariter, atq; armis cōfirmatū, in patriam reduxit. Insignē deinde restitutione libertatis victoriā, clariorē aliquanto moderationis laude fecit. Plebis eīn scitū interposuit, ne qua præteritarum rerum mētio fieret, hāc obliuio. q̄ Atheniēses. ΑΜΝΗΣΤΙΑΝ vocāt. cōcussum & labentē ciuitatis statū in pristinū habitū reuocauit.

DE STASIPPO TEGEATE,

Nō minoris admiratiōis illud. Stasipp? Tegeates, hortatib? amicis. vt grauē in administratiōe reip. æmulū, sed alioq; pbū, et ornatū virū, ēlibet ratione vel tolleret. vel summoueret. negauit se facturū. ne quē in tutelā pūæ bon? ciuis locū obtineret, rual? et im pb? occuparet. seq; pot? vehemēter aduersario vrgeri. q̄ patriā egregio aduocato carere, præoptauit,

DE PITTACO,

Pittaci quoq; moderatione pectus instructū. qui Alcæū potā, et amaritudine odij, et viribus ingenij, aduersus se ptinacissime vsum, tyrannidē a ciuib? Mytilene delatā adept?, tūmodo qd in optimēdo posset, admonuit,

DE SEPTEM SAPIENTIBVS,

Huius viri mentio subijcit. vt de septē sapientū moderatiōe referā, A piscis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um rlbr.de.beh.20-35a1031/999-9
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



toribus in Milesia regione verriculū trahētib⁹, qđā iactū emerat. extracta deinde magni pōderis aurea delphica mēsa. orta cōtrouersia est, illis piscīū se capturā vendidisse affirmātibus. hoc fortunæ ductus emisse dicēte. qua cōtentiōe, ppter nouitatē rei, & magnitudinē pecuniæ, ad vniuersum ciuitatis populū delata, placuit Apollinē delphicū cōsuli. cui nā adiudicari mēsa deberet. de⁹ rūdit illi, eē dādā. q sapiētia cæteros ēstaret, his verbis græcis

Ἐκ γάνε κλεινοτάτη πάντος τριπόδων ἐγώτατος.
Ὃν σοφίη πάντων πυθέσθαι, τοῦτο γὰρ ἐστὶ γέρας ἀνδρός.

Tunc illi cōsensu Thaleti mensam dederūt. ille cessit eā Bianti, Bias Pittaco is ptinus alij. deinceps q̄ p omniū septē sapientū orbē, ad vltimū ad Solonem puenit. qui & titulū amplissimæ prudētiæ, & præmiū ad ipsum Apollinem transtulit.

DE THEOPOMPO.

Atq; vt Theopompo quinq; Spartanorū regi moderationis testimoniū reddamus. cum primus instituisset, vt Ephori Lacedæmone crearentē. ita futuri regiæ potestati oppolit. quēadmodū Romæ cōsulari imperio Tribunitia potestas obiecta. atq; illi vxor dixisset. id egisse illū, vt filijs minorē potestatem relinqueret. relinq̄ (inq;) sed diuturniorē. optime q̄dē. ea em̄ demū tuta est potētia. quæ viribus suis modū imponit, lq; ti. Theopompus legitimis regnū vinculis cōstringendo. quo longius a licentia retraxit. hoc ad benevolentiā ciuiū ppius admouit.

DE ANTIOCHO.

Antiochus aūt a L. Scipione vltra Taurū montē imperij finibus summotus. cum Asiam, prouinciā, vicinasq; ei gentes amisisset. gratias agere Populo Romano non dissimulārer tulit. q̄ nimis magna pacis cōditione liberat⁹. modicis regni terminis vteretur. Et sane nihil est tam præclarū, aut tam magnificum. q̄d non moderatione temperari desyderet.

DE IIS QVI EX INIMICIS IVNCTI SVNT AMICITIA ET NECESSITVDINE. CAPVT Secundū

QVæ. q̄m multis, et claris autoribus illustrata est transgrediamur ad egregiū humani animi affectū. quem ab odio. ad gratiam desiuxim⁹. & quidem eum læto stilo, pleq̄amur. nam sicut placidum mare ex aspero. cœlumq; ex nubilo. serenum hilari aspectu sentitur. sic bellum pace mutatā, plurimū gaudij affert. offensarum etiam acerbitas depositæ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/100-6
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DEIIS QVI EX INIMI, ADIVN, SVNT AMI, ET NECES,
candida relatione celebranda est, DE M, AEMILIO LEPIDO,
Marcus Aemylius Lepidus bis COSS. & Pont, Max, splēdoreq; honorum par vitæ grauitatæ, diutiuas, ac vehemētes inimicitias cū Fuluio Flacco eiusdē amplitudinis viro gessit. quas vt simul Censores renunciati sunt in campo deposuit, existimās non oportere eos priuatis odijs dissidere. q publicæ summa iuncti essent potestate. id iudiciū animi eius & p̄sens ætas cōprobauit. et nobis veteres annaliū scriptores laudandū tradiderūt,

DE SEXTO LIVIO SALINATORE,

Sicuti Liuij quoq; Salinatoris finiēdarū simultatū illustre cōsiliū ignotū posteritati esse noluerūt. Is nanq;, et si Neronis odio ardēs in exiliū ꝓfect⁹ fuerat. testimonio eius præcipue afflictus. tñ, postq̄ eū inde reuocatū ciues collegā illi in cōsulatū dederūt. et īgenij sui, q̄d erat acerrimū, & iniuriæ, quā grauissimā acceperat. obliuisci sibi impauit. ne si dissidēte animo cōsortium imperij vsurpare voluisset ꝑtinacē exhibēdo inimicū, malū COSS. ageret quæ quidē mentis ad tranqlliorē habitū inclinatio, in aspo, ac difficili temporū articulo, plurimū salutis vrbi nostræ, atq; Italiæ attulit, q̄a pari virtutis impetu cōnixi, terribiles punicas vires cōtuderūt.

DE AFRICANO ET TIBERIO,

Clarū etiam in Africano supiore, ac Tib, Graccho depositarū inimicitiarū exemplū. siqdē ad cuius mensæ sacra, odio dissidētes venerāt. ab ea, & amicitia, et affinitate iuncti discesserūt. non cōtentus eiū Scipio autore senatu, in Capitolio, Iouis epulo cū Graccho cōcordiā cōmunicasse. filiā quoq; ei Corneliā protinus ibidem despondit, DE CICERONE,

Sed huiusce generis hūanitas etiā in M. Cicerone p̄cipua apparuit AVL, nāq; Gabiniū repetūdarū rēum summo studio defendit. q eum in cōsulatu suo vrbe expulerat, Idemq;, P. Vatiniū dignitati suæ semp infestū, duob⁹ publicis iudicijs tutatus est. vt sine vllo crimine lauitatis, ita cū aliqua laude Quia speciosius aliquāto iniuriæ beneficijs vincunt, q̄ mutui odij ꝑtinacia pensant. DE P, PVLCHRO,

Ciceronis aūt factū adeo visum est ꝓbabile, vt imitari id ne inimicissimus q̄dē illi, P, Cl, Pulcher dubitauerit. qui incesti crimīe a trib⁹ Lētulis accusatus vnū ex his ambitus reum patrocinio suo ꝓtexit. atq; in animū iduxit,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/10 1-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS,

et Iudicē, & Prætorē. & testem, Vestæ ædē intuens, amicū Lentulo agere Intra quā ille salutē eiꝰ fœdo crimīe obruere cupiēs. hostili voce potauerat,

DE CANINIO GALLO,

Caninius aūt gallus reū pariter, atq; accusatorē admirabilē egit & C. Antonij. quē damnauerat filiā in matrimoniū ducendo. & M. Coloniū a quo damnatus fuerat. rerū suarū ꝓcuratorē habēdo,

DE CELIO Rufo,

Cœlij vero Rufi vt vita inquinata. ita misericordia, quā Q. Pōpeio præstitit probanda. cui a se publica quæstione prostrato. cū mater Cornelia fidei commissa prædia nō redderet. atq; iste auxiliū suū literis implorasset. pertinacissime absenti affuit. Recitauit & eius epistolā in iuditio vltimæ necessitatis indicē. qua impiā Corneliæ auaritiam subuertit. factum propter nimiam. & eximiā humanitatē. ne sub Cœlio quidem autore repudiandum,

DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA, CAPVT. III

Magna cura. precipuoq; studio referēdū ē quantopere libidinis & auaritiæ furori similes impetus. ab illustriū virorum pectoribus. consilio, ac ratione summoti sunt. quia ꝗ demū penates. ea ciuitas. id regnū æterno in gradu facile steterit. vbi minimū viriū veneris. pecuniæq; cupido sibi vēdicauerit, Nā quo istæ generis humani certissimæ pestes penetrauerint. iniuria dominatur. infamia flagrat. igit cōtrarios his tā duris vitijs cōmemoremꝰ mores,

DE SCIPIONE,

Quartū & vicesimū annū agēs Scipio. cū in Hispania Carthagine oppressa maioris Carthagis capiēdæ sumpsisset auspicia. multosq; obsides. q̄s in ea vrbe Pœni clausos habuerāt i suā pōtatē redegisset. eximiæ inf eos formæ Virginē ætatis adultæ. & iuuenis. & celebs. et victor. postq̄ cōperit illustri loco inf celtiberos natā. nobilissimoq; gētis eiꝰ Indibili despōsatā. ac cersitis parētibꝰ et spōso inuiolatā tradidit. aurū q̄q; q̄d ꝑ redēptiōe puellæ allatū erat. summæ dotis adiecit. Qua cōtinētia ac munificētia, Indibilis obligatꝰ. Celtiberorū aīos Roānis applicādo. meritis eiꝰ gratiā debitā retulit.

DE M. CATONE,

Verū vt huiꝰ viri abstinētiæ testis Hispania. ita M. Catonis Epiros. Achaia Cyclades insulæ. Maritima pars Asyæ. ꝓuintia Cypros. vnde cū pecunie deportandæ ministeriū iustineret. tam auersum animū ab omī Venere. q̄

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um:nbn:de:bvb:20-25a1019/102-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA,

a lucro habuit in maxima vtriusq; intempantiæ versatus materia. nã & regiæ diuitiæ potestate ipius cõtinebant. & fertilissimæ delitiarũ totius Græciæ vrbes, necessaria totius nauigationis diuerticula erant. atq; id Munatius Rufus Cypriacæ expeditionis fidus comes. scriptis suis significat. cuius testimonium nõ amplector. ꝓprio eñ argumẽto laus ista nitit. qm̃ ex eodẽ naturæ vtero, & Cõtinẽtia nata ẽ, & Cato.

DE DRVSO GERMANICO,

Drusum etiã germanicũ eximiã Claudiæ familiæ gloriã, fratrẽ Tiberij, patriæq; rarum ornamentũ, & q̃d sup omnia est, operũ suorũ ꝓ habitu ætatis magnitudine, vterico pariter, ac fratri augusto. duobus Reip. diuinis oculis. mirifice respondentẽ, cõstitit vsum Veneris intra cõiugis charitatẽ clausum tenuisse,

DE ANTONIA,

Antonia quoq; fœmina laudibus virilem familiæ suæ claritatẽ supgressa amorẽ mariti sui egregia fide pẽsauit. quæ post eius excessum, forma, & ætate florens, cubiculũ socrus ꝓ cõiugio habuit, in eodẽq; toro alterius adulescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis expientia cõsenuit. hoc cubiculum talibus experimẽtis summã imponat,

DE CN. MARTIO,

Deinceps his vacemus quorũ animus aliquo in momẽto ponẽdi pecuniam nunq̃ vacauit. C. Martius patritiæ gẽtis adulescẽs, Anci regis clara ꝓgenies cui Corioli vosicorũ oppidũ captũ cognomẽ adiecit. cũ editis cõspicuæ fortitudinis opibus a Posthumo Cõminio COSS, Accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri. C. iugeribus. et decẽ captiuorũ electione, et totidẽ ornatis eqs, cẽtenario boũ grege, argẽtoq; quãtũ sustinere valuisset. donaret nihil ex his, præter vnius captiui salutẽ hospitis. equũq; quo in acie vteret accipere voluit. Qua tam circũspecta animi moderatione, nescias vtrũ maiore cum laude præmia meruerit. an reiecerit,

De MARCO CVRIO,

Marcus aũt Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis, idẽ fortitudinis ꝑspectissimũ specimen, Samnitũ legatis agresti se in scamno assidẽtẽ foco, ac ligneo catino cœnantẽ (quales epulas apparatus inditio est) spectãdũ ꝑbuit. Ille eñ Sãnitũ diuitias cõtẽpsit, Sãnites eius pauptatẽ mirati sunt nam cum ad eũ magnũ auri pondus publice missum attulissent. benignis

I iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/10 3-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS,

verbis inuitat⁹. vt eo vti vellet. vultũ risu soluit. ꝓtinusq; supuacuæ (inqt) ne dicam ineptæ legationis ministri, narrate Samnitib⁹. M, Curiũ malle locupletibus imperare. q̃ ipsum fieri locupletẽ. atq; istud vt prætiosum, ita malo hominũ excogitatũ munus refertote. & memẽtote me nec acie vinci, nec pecunia corrũpi posse, Idẽ cũ Italia Pyrrhũ regẽ exegisset nihil oĩno ex præda regia. qua exercitũ. vrbẽq; ditauerat, attigit. decretis etiã a senatu septenis iugeribus agri populo. sibi aũt qnquaginta. popularis assignationis modũ nõ excessit. parũ idoneũ Reip. ciuem existimãs. q eo, q̃d reliquis tribueret. cõtentus non esset,

DE FABRICIO LVCINO,

Idem sensit Fabricius Lucinus honoribus & autoritate omni ciuitate tẽporibus suis maior. censu par vnicuiq; pauꝑrimo. q a samnitib⁹, quos vniuersos in clientelã habebat. decẽ æris et quinq; pondo argenti, totidẽq; seruos sibi missos, in Samniũ remisit. cõtinẽtiæ suæ beneficio sine pecunia prædiues. sine vsu familiæ abundæ comitat⁹. qa locupletẽ illũ faciebat, nõ multa possidere. sed modica desyderare, ergo domus eius, quẽadmodũ ære. & argento, & mancipijs Samnitũ vacua, ita gloria ex his cõtemptis parta, referta fuit,

DE EODEM FABRICIO,

Cõsentanea repudiatis donis Fabricij vota extiterũt. legatus eñ ad Pyrrhum ꝓfectus. cũ apud eũ Cyneã Thessalũ narrantẽ audisset. quẽdã Athenienſem clarũ sapiẽtia. suadentem ne qd aliud homĩes, q̃ voluptatis causa facere vellent, ꝑ monstro eam vocẽ accepit. cõtinuoq; Pyrrho, & Samnitibus istam sapientiã depræcatus est, licet Athenæ doctrina sua glorient. vir tamẽ prudẽs, Fabricij detestationẽ, quã Epicuri malit præcepta. q̃d euent⁹ quoq; indicauit. Nam quæ vrbs voluptati plurimũ tribuit, imperiũ maximum amisit. quæ labore delectata est, occupauit. & illa libertatẽ tueri nõ valuit, hæc etiam donare potuit,

DE Q, TVBERONE CATELIO,

Curij et Fabricij, Q, Tuberonẽ cognomĩe Cateliũ discipulũ fuisse merito qs existimauerit. cui cõsulatũ gerẽti, cũ Aetolorũ gẽs omĩs vsus vasa argentea, magno pondere, exqsita arte fabricata, ꝑ legatos misisset. q̃ supiori tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerãt. fictilia se in eius mensa vasa vidisse, monitos ne Cõtinẽtiæ, q̃si pauꝑtati succurrendũ putarẽt, cum

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA,

suis sarcinis abire iussit. q̄ bene ætolicis domestica p̄tulerat, si frugalitatis eius exemplū posterior ætas seq voluisset. nūc q̄ vētū est? a seruis vix impetrari pōt. ne eā supellectilē fastidiāt. q̄ vti COSS, nō erubuit,

DE PAVLO AEMYLIO,

At Perse rege deuicto Paul⁹, cū macedōicis opib⁹ veterē. atq; hereditariā vrbis nr̄e pauptatē eo vsq; satiasset. vt illo tp̄e primū P, R, tributi præstādi onere se liberaret. penates suos nulla ex parte locupletiores fecit. præclare secū actū existimās, q̄ ex illa victoria alij pecuniā. ip̄e gloriā occupasset,

DE Q, FA, GVR, C, NV. FA, PICTORE ET Q, VGOLINO,

Atq; huic anī eius iuditio Q. Fabius gurges C, Numeri⁹ Fabius pictor Q, Vgolinus se subscripserūt. q legati ad Ptolomæū, regē missi. mūera. quæ ab eo priuatim acceperant. in ærariū quidē pri⁹. q̄ ad senatū legationē referrent, detulerūt. scilicet de publico ministerio nihil cuiq̄ præter laudē bene administrati officij accedere debere iudicātes, Iā illud huanitatis senatus, et attentæ maiorū disciplinæ indiciū est. data sunt eīm legatis. quæ in ærariū reposuerāt. nō solū patrū C, decreto. sed etiā populi p̄missu. eaq; legatis Quæstores prompte vnicuiq; distriberunt. ita in ijsdē Ptolemæi liberalitas, legatorū abstinentia, senatus ac populi equitas debitā p̄babilis facti portionē obtinuit,

DE CALPHVRNIO PISONE,

Fabiorū & Vgolini continentiæ Calphurniū Pisonē in consimili genere laudis æmulum fuisse. res ipsa documento est, COSS, graui fugitiuorū bello. a se liberata Sicilia. eos quorū præcipua opera vsus fuerat imperatorio more donis prosequabatur. inter quos filiū suū aliquot locis prælia tum fortissime. titulo trium librarū aureæ coronæ decorauit. præfatus nō oportere a magistratu e publica pecunia erogari. q̄d in ipius domū reditu rum esset. tantumq; ponderis se testamento adulescenti legaturū promisit vt honorem publice a duce. precium priuatim a patre reciperet,

DE CATONE SVPERIORE,

Age si q̄s hoc seculo vir illustris pellibus hedinis p̄ stragulis vtat. tribusq; seruis comitat⁹ Hispaniā regat. & quingentorū assiū sumptu transmarinā p̄uitiā petat eodē cibo. quo eodēq; vino nautæ vti cōtēt⁹ sit. nōne mirabilis existimet? atqui ista patientissime superior Cato tolerauit. quia illū g̃tata

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



frugalitatis consuetudo.in hoc gñe vitæ. cũ summa dulcedine cõtinebat,

DE CATONE POSTERIORE,

Multũ a prisca continentia spatio annorũ posterior cato discedit.vtpote in ciuitate iam diuite.& Lautitia gaudente natus. is tñ cũ bellis ciuilib⁹ interesset. filiũ secũ trahens .duodecim seruos habuit, nũero plures.q̃ superior tẽporũ diuersis morib⁹ pauciores.exultat animus maximorũ virorũ memoriã percurrens,

DE SCIPIONE AEMYLIANO,

Scipio Aemylianus post duos inclytos cõsulatus.totidẽq; suæ p̃cipuæ glo riæ triũphos,septẽ seruis sequẽtib⁹ officio legationis funct⁹ est.& puto Carthaginis.ac Numãtiæ spolijs cõparare plures potuerat.nisi operũ suorum ad se laudẽ manubias ad patriã redundare maluisset, Itaq; cũ per socios & exteras gentes iter faceret nõ mancipia ei⁹.sed victoriæ nũerabant.nec quãtũ auri .& argenti.sed quantũ amplitudinis pondus secũ ferret.æstimabat continentia vero etiam vniuersis plebis animis sæpe numero cognita est. sed abũde erit ex his duo exempla longe inter se distãtiũ seculorũ retulisse.

DE PYRRHO,

Pyrrhus impetus sui terrore soluto.ac iã epiroticis armis languẽtib⁹ beneuolentiã Po,Ro,mercari. quia virtutẽ debilitare nequiuerat.cupiens pene totũ regiarũ opũ apparatũ in vrbẽ nostrã transtulit, Ceterũ cũ & magni precij.& varij gñis a legatis eius.tam virorũ.q̃ fœminarũ apta vsui munera circa domos ferrent.nulla cuiq̃ dono ianua patuit Tarentinæq; petulantiæ animosus magis.q̃ efficax defensor.haud scio maiore cum gloria hui⁹ vrbis armis q̃ moribus repulsus sit,

DE C. MARIO ET L, CINNA,

In illa q̃q; pcella quã C, Marius,& L, Cinna Reipu,inflixerãt abstinẽtia Po,Ro,mirifica cõspecta est,Nã cũ a se proscriptorũ penates. vulgi manibus diripiendos abiecissent.inueniri potuit nemo qui ciuili luctu prædam peteret, Vnus em̃ quisq; se ab his perinde ac sacris ædibus abstinuit, Que quidẽ tã misericors cõtinentia plebis, tacitũ crudeliũ victorũ cõuiciũ fuit,

EXTERNA, DE PERICLE,

Ac ne eiusdẽ laudis cõmemorationẽ externis inuideamus,Pericles Atheniẽsiũ prĩceps.cũ tragœdiarũ scriptorẽ Sophoclẽi Pretura collegã haberet.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA,

ac is publico officio vna districtus, pueri ingenui prætereũtis formam impẽsioribus verbis laudasset. intemperãtiam eius increpitans, dixit, Prætoris nõ solũ manus a pecuniæ lucro, sed etiã oculos a libidinoso aspectu cõtinentes esse debere,

DE SOPHOCLE,

Sophocles aũt ætate iam senior, cum ab eo qdam quæreret, an etiãnum rebus venereis vteret Dij meliora inqt. Libenter eñ istinc tanq̃ ex aliqua furiosa profugi dominatione,

DE XENOCRATE,

Aequæ abstinẽtis senectæ Xenocratẽ fuisse accepimus, cui⁹ opinionis nõ parua fides erit narratio, quæ sequit, In puigilio Phryne nobile Athenarũ scortũ. iuxta eum vino grauẽ accubuit. pignore cum qbusdã iuuenib⁹ posito, an temperãtiam eius corrũpere posset. quã nec tactu, nec sermone aspernatus, quoad voluerat in sinu suo moratã, ppositi irritã dimisit. factũ sapiẽtia imbuti animi abstinẽs. Sed meretriculæ quoq; dictũ perq̃ facetũ. deridẽtibus eñ se adulescẽtibus, qa tam formosa tamq; elegans poti senis animum illecebris pellicere nõ potuisset. pactũq; victoriæ prætiũ flagitantib⁹ de homine se cum ijs, nõ de statua pignus posuisse respondit. potest ne Xenocratis cõtinentia a quoq̃ magis vere, magisq; pprie demonstrari. q̃ ab ipsa meretricula expressa est? Phryne pulchritudine sua, nulla ex parte cõstãtissimã eius cõtinẽtiã labefecit, Quid rex Alexãder diuitijs eum quatere potuit? ab illo quoq; statuã equidẽ æque frustra tẽtatã putes, legatos ad eum cũ aliquot talẽtis miserat. quos in Academiã perductos solito sibi, idest modico apparatu, & admodũ paruulis copijs excepit, postero die interrogãtibus, cui nam adnũerari pecuniã vellet? (Quid vos inqt) hesterna cœna nõ intellexistis, ea me nõ indigere? ita Rex Philosophi amicitiã emere voluit. philosophus Regi suam vẽdere noluit,

DE DIOGENE,

Alexãder vero cognomẽ inuicti assecutus. cõtinẽtiã Diogenis Cynici vincere nõ potuit. ad quẽ, cum in sole sedẽtẽ accessisset, hortareq; vt si qua sibi præstari vellet, indicaret. quẽadmodũ erat in crepidine collocat⁹, sordidæ appellatõis, sed robustæ vir pstãtiæ, mox inqt de cæteris. iterĩ velim a sole mihi nõ obstes. qbus verbis illa nimirũ inhæsit sententia Alexãder Diogenẽ gradu suo diuitijs pellere tẽtat. celeri⁹ Dariũ armis, Idẽ Syracusis cum olera ei lauanti Aristippus dixisset. si Dionysio adulari velles. ista nõ esses

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9/10 7-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS,

immo (inquit) si tu ista esse velles. Dionysio non adulareris,

DE PAVPERTATE, CAPVT, QVARTVM,

DE CORNELIA,

MAxima ornamēta esse matronis liberos apud Pomponiū Rufum collectorū libro sic inuenimus, Cornelia Gracchorū mater cū Campana matrona apud illā hospita. ornamenta sua pulcherrima seculi illius ei ostenderet traxit eā sermōe. quousq; e schola redirent liberi, & hæc (inquit) ornamēta mea sunt. oīa nimirū habet, q nihil cōcupiscit, eo qdem certiꝰ, q̄ qui cūcta possidet. qa dominiū rerū collabi solet. bonæ mētis vsurpatio nullū tristioris Fortunæ recipit incursum, Itaq; quorsum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut pauptatē in vltimo miseriarū stātu ponere? cū et illarū frons hilaris, multis intus amaritudinibꝰ sit referta. et huiꝰ horridior aspectus, solidis, et certis bonis abūdet. q̄d melius psonis. q̄ verbis repræsentabit,

DE VALERIO PVBLICOLA,

Regio impio ꝓpter nimiā Tarquij supbiā finito, cōsulatus ininū Valerius Publicola cū Iunio Bruto auspicatus est. Idemq; postea tres consulatus acceptissimos Po, ro, gessit. et plurimorū, ac maximorū operū prætextu. titulum imāginū suarū amplificauit. cū interim fastorū illud columē, patrimonio ne ad exequiarū qui dē impēsam sufficiēte, decessit. ideoq; publica pecunia ductæ sunt, non attinet vlteriore disputatione tanti viri pauptatē scrutari, Abunde e ꝯi pater quid viuus possederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit,

DE MENENIO AGRIPPA,

Quantæ amplitudinis. M, Meneniū Agrippā fuisse arbitremur. quē Senatus, & Plebs pacis inter se faciēdæ autorē elegit? quātæ scilicet esse debuit arbiter publicæ salutis. Hic nisi a populo collatis in capita Sextātibꝰ funeratus esset. ita pecuniæ inops decessit vt sepulturæ honore caruisset, verū iccirco pniciosa seditione diuidua ciuitas, manibꝰ Agrippæ in vnū cōtrahi voluit. qa eas paupes qdē, sed sanctas aīaduerterat. cuiꝰ vt supstitis nullū fuit q̄d in cēsum deferret. ita extincti, hodieq; amplissimū est. pr̄imoniū Romana Cōcordia,

DE C, FABRICIO, ET Q. AEMILIO,

In C. vero Fabricij. & Q. Aemylij Pappi pncipū seculi sui domibꝰ argētū fuisse confitear oportet, vterq; enim patellā deorū, & salinum habuit. Sed

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE PAVPERTATE.

eo Lautius Fabricius, q patellã suam Corneo pediculo sustineri voluit, Pappus quoq; satis animose, qui cum hereditatis nomine ea accepisset, religionis causa abalienãda non putauit, Illi etiã prædiuites, qui ab aratro accersebantur vt COSS. fierent, voluptatis causa sterile atq; æstuosissimum Pupiniæ solum versabant. delitiarũq; ignari vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant. immo vero quos pericula Reipubli, imperatores accersebant. angustiæ rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant,

DE ATTILIO CALATINO,

Attilium autẽ, qui ad eum accersendum a senatu missi erant ad imperium, Populi Romã suscipiendũ semen aspergentẽ viderunt. sed illæ rustico ope attritæ manus, salutem publicã stabilierunt. Ingentes hostium copias pessundederũt, Quæq; modo arantiũ boum iugum rexerant. triũphalis curus habenas retinuerũt. nec fuit ijs rubor, eburneo Scipione depolito, agrestem stiliam aratri repetere. potest pauperes cõsolari Attilius. sed multo magis docere locupletes, q̃i non sit necessaria solidæ laudis cupidini, anxia diuitiarũ cõparatio.

DE ATTILIO REGVLO,

Eiusdem nominis, & sanguinis Attilius Regulus primi punici belli gloria cladesq; maxima. cum in Africa insolẽtissimæ Carthaginis opes. crebris victorijs cõtunderet. ac progatũ sibi ob bene gestas res in proximũ annũ imperiũ cognouisset COSS, scripsit, villicũ in agello, quẽ septem iugerũ in Pupinia habebat. mortuũ esse. occasionemq; nactum mercenariũ, amoto inde rustico instrumẽto discessisse. ideo q̃ petere, vt sibi successor mitteret, ne deserto agro non esset vnde vxor, ac liberi sui alerentẽ Quæ postq̃ S.C. accepit. et agrum Aedili illico colendũ locari. & alimenta cõiugi eius, ac liberis præberi. relq; quas amiserat redimi publice iussit Tãti ærario nostro virtutis Attilianæ exemplũ, quo omnis ætas Romana gloriabit. stetit,

DE QVINTIO CINCINNATO,

Aeq; magna latifundia L. Quintij Cincinnati fuerũt. sepẽ effi iugera agri possedit. ex his tria, quæ p amico ad ærariũ obsignauerat mulctæ nomine amisit. pœnã q̃q; pro filio Cesone, q̃ ad causam dicẽdã nõ occurrisset huic agelli reditus soluit. et tamen ei quatuor iugera aranti, non solum dignitas

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/109-9
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS,

patrissfamiliæ constitit. sed etiã dictatura delata est anguste se habitare nũc putat. cuius domus tantum patet quantum Cincinnati rura patuerunt,

DE AELIA FAMILIA.

Quid Aelia familia? q̃ locuples. sedecim eodẽ tempore Alij fuerunt, quib⁹ vna domuncula fuerat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monimenta. & vnus in agro Veiente fundus minus multo cultores desiderans, q̃ dominos habebat, Inq; maximo circo Flaminio spectaculi loc⁹ quæ quidẽ loca ob virtutẽ publicæ donata possidebant, Eadẽ gens nullum ante scrupulũ Argenti habuit. q̃ Paulus Perse rege deuicto Q. Aelio Tuberoni gño suo quinq; pondo argenti ex præda donaret. Taceo eñ qd' princeps ciuitatis filiã ei nuptui dedit. cuius pecunia tã ieiunos penates videbat. quin ipse quoq; adeo inop sdecessit. vt nisi fundus. quẽ vnũ reliquerat venisset vxor eius dotem vnde reciperet non extitisset Animi virorũ & fœminarũ vigebant in ciuitate, eorumq; bonis dignitatis æstimatio cunctis in rebus ponderabatur hẽc imperia conciliabant. hæc iungebant affinitates. hæc in foro hæc in curia. hæc intra priuatos parietes plurimũ poterant. patriæ eñ rem vnusquisq; non suã augere properabat. pauperq; in diuite q̃ diues in paupere imperio versari malebat. atq; huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur. q̃ nihil eorũ quæ virtuti debentur pecunia licebat. inopiæq; illustrium virorum publice succurrebatur,

DE CN, SCIPIONE,

Itaq; cum secũdo punico bello, Cn, Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens vt sibi successor mitteret. qa filiã virginẽ adultæ iam ætatis haberet, neq; ei sine se dos expediri posset. senatus ne res publica bono ducẽ careret patris sibi partes desumpsit. cõsilioq; vxoris, ac ppinquorũ Scipionis constituta dote, summã eius ex ærario erogauit. ac puellã nuptui dedit, dotis modus. xl. millia æris fuit. quã nõ solũ hũanitas Patrũ, C. sed etiã habit⁹ veterũ patrimoniorũ cognosci potest. nanq; adeo fuerũt arcta. vt Tacia Cesonis filia maximã dotem ad virũ x. millia æris attulisse visa sit. et Megulia, qa cũ qngẽtis millibus æris mariti domũ intrauit, dotatæ cognomẽ inuenerit, Idẽ senatus Fabricij Lucini, Scipionisq; filias ab indotatis nuptijs liberalitate sua vindicauit. qm̃ paternæ hæreditati præter opimã gloriam, nihil erat, q̃d acceptũ referret,

DE MARCO SCAVRO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/110-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE PAVPERTATE,

Marcus aũt scaurus. quantulã a patre hereditatem accepit. in primo libro eorum. q̃s de vita sua scripsit. refert. ait eñ sibi decẽ sola mancipia. totũq; censum quinq; atq; trigita milliũ nummũ relictum. in hac eñ ille pecunia futurus senatus princeps nutritus est spiritus, Hæc igitur exempla respicere his ac quiescere solatijs debemus. q paruulos census nostros nunq̃ querelis vacuos esse sinimus. nullũ autẽ vel admodum parui ponderis argẽtum. paucos seruos. septem iugera aridæ terræ. indigentia domestica. impensa funera. inopes dotũ filias. sed egregios consulatus. mirificas dictaturas. innumerabiles triumphos cernimus, Quid ergo mẽdicã Fortunã quasi præcipuum generis humani malũ diuturnis cõuitijs laceramus, quæ vt non abundantib⁹. ita fidis vberibus. Publicolas. Aemylios, Fabricios, Curios. Scipiones. Scauros, hisq; paria robora virtutis aluit, exurgam⁹ potius animis pecuniæq; aspectu debilitatos spiritus. pristini temporis memoria recreemus. nanq; per Romuli casam, perq; veteris capitolij humilia tecta & æternos Vestæ focos, fictilib⁹ etiã vasis nõ cõtẽtos iuro. nullas diuitias. paupertati talium virorum posse præferri,

DE VERECVNDIA, CAPVT QVINTVM

EQua tẽpestiuus ad verecũdiã transitus videtur, Hæc eñ iustissimis viris præcepit, vt priuatas facultates negligerent. publicasq̃ amplissimas esse cuperent. digna cui perinde ac cœlesti numini tẽpla extruantur. aræq; consecrentur. quia parẽs est omnis honesti consilij. tutela solenniũ officiorũ. magistra innocentiæ. chara pximis. accepta alienis. omni loco. omni tempore. fauorabilem præ se ferens vultum,

DE POPVLI VERECVNDIA,

Sed vt a laudibus eius ad facta veniamus a condita vrbe vsq̃ ad Africanũ & Tiberiũ Longũ consules promiscuus senatui. & populo spectandorũ ludorũ locus erat. nunq̃ tamẽ quisq̃ ex plebe in theatro ante P, C, spectare sustinuit, Adeo circumspecta nostræ ciuitatis verecundia fuit, Quæ quidem certissimũ sui documentũ etiam illo die exhibuit, quo L, Flamminius extrema in parte theatri constitit. qui a M, Catone & L, Flacco Censoribus senatu motus fuerat. consulatus iam honore defunctus. frater etiã T, Flamminij, Macedoniæ, Philippiq; victoris. oẽs eñ eũ transire in locum

K

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um:nbn:de:bsb:20-25a1019/111-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS,

dignitati ſuæ debitū coegerunt,

DE TER. VAR.

Confregit Remp. Terentius Varro cannēſis pugnæ temerario ingreſſu, idem delatā ab vniuerſo ſenatu & populo dictaturā recipere non ſuſtinendo, pudore culpam maximæ cladis redemit, effectiq. vt aceres deorum ire modeſtia ipſius moribus repūtarentur, Itaq. titulo imaginis eius ſpecioſo non recepta Dictatura. q̄ aliorum geſta aſcribi poteſt,

DE CN. SCIPIONE ET SCIBA CICEREIO,

Nos aūt ad præclarū verecūdiæ opus trāſgrediamur. magna cū iuidia for tūa ptoris comitijs Africani ſuperioris filiū, Cn. Scipionē et ſcribā Cicereiū in cāpū deduxerat. vtq. nimis ipotēs ſermone vulgi carpebaf, q̄ tanti viri ſanguinē, dietelāq. comitiali certamie cōfuderat, Cæterū crimē eius in ſuā laudē Cicereius cōuertit. Nam vt vidit offīb⁹ ſe cēturijs Scipioni anteferri q̄ rēplo deſcēdit. abiectaq. cādida toga cōpetitoris ſui ſuffragatorē agere cor pit, vt ſcilicet ſpturā meliꝰ Africani memoriæ cōcederet, q̄ ſibi vendicaret, necnō et ſi maximo verecūdiæ prætio, Scipio tūc honorē adeptus eſt, Cice reio tū magis gratulati ſunt,

DE L. CRASSO,

Ac ne ptinus comitijs abeamus, cōlulatū petēs, L. Craſſus cū omniū can didatoꝝ more, circū forū ſupplex populo ire cogeret, nunq̄ adduci potuit vt id ꝑſente Q. Scæuola grauiſſimo, & ſapiētiſſimo viro ſocero ſuo face ret, Itaq. rogabat eū, vt a ſe, ſium ineptæ rei inſeruiret, diſcederet. maiorē ve recūdiā dignitatis eius, q̄ cādidæ togæ ſuæ reſpectū ageus.

DE POMPEIO MAGNO,

Pompeius aūt Magnus Pharſalica acie victꝰ a Cæſare, cū poſtero die La riſſam iraret. oppidiq. illius vniuerſus populꝰ obuiā ei, pceſſiſſet ite (inqt) & iſtud officiū præſtate victori. dicerē nō dignus q̄ vincereſ. niſi a Cæſare eſſet ſupatus. certe modeſtus in calamitate, Nā qa dignitate ſua vti iam nō poterat. vſus eſt verecundia,

DE CAIO IVLIO CÆSARE,

Quā ꝑcipuā in Caio q̄q. Cæſare fuiſſe ſerpenūero apparuit. et vltimꝰ eius ſignificauit dies. cōplurib⁹ eū parricidarū violatꝰ mucronib⁹, inter ipm ilu lud rēpus. q̄ diuinꝰ ipſis mortalꝰ ſeiebaf a corpore. ne tribꝰ qdē & vigiti vulneribus, qn verecūdiæ obſequeref, abſterreri potuit. ſiqdē vtraq; togā manu demiſit. vt inferior pars corporis tecta collabereſ. in hūc modū non

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/11/2-2
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE AMORE CONIVGALI,

homines expirāt. sed Di immortales sedes suas repetūt.

EXTERNA, DE SPVRINA,

Quod segū externis adnectā, qa ante gestū est q̄ Etruriæ ciuitas daret, ex⁹ cellētis in ea regione pulchritudis adulescēs noie Spurina, Cū mira speciæ cōpluriū fœminarū illustriū solicitaret oculos ideoq; viris, ac parētib⁹ earū se suspectū esse sentiret, oris decorē vulneribus cōfudit. deformitatēq; sanc titatis suæ fidē, q̄ formā irritamentū alienæ libidinis esse maluit,

DE QVODAM SENE ATHENIENSI,

Athenis q̄dā vltimæ senectutis cū spectatū ludos in theatrū veniſſet. cūq; nemo e ciuib⁹ sessum recipet. ad Lacedæmoniorū legatos forte puenit. qui hominis ætate moti, canos eius, & annos, assurgēdi officio venerati sunt. sedemq; ei inter ipsos honoratiſſimo loco dederūt, q̄d vbi fieri popul⁹ aspexit, maximo plausu alienæ vrbis verecūdiā cōprobauit. ferūt tunc vnū e Lacædæmonijs dixiſſe, ergo Athenienſes q̄d rectū sit. sciūt. sed id facere negligūt,

DE AMORE CONIVGALI, Caput sextū,

A Placido, et leni affectu, ad æq; honestū, verū aliquāto ardētiorē & cōcitatiorē pergā, legitimiq; amoris, quasi quasdā imagines, non sine maxima veneratione cōtemplandas lectoris oculis subijciā, valēter inter cōiuges stabilita fidei opa pcurrēs, ardua imitatū, cæterū cōgnosci vtilia, quia excellētiſſima animaduerteti, ne mediocri quidē pistare. rubori oportet esse,

DE T. GRACCHO ET CORNEIVS VXORE

Tiberius Gracchus anguibus domi suæ, mare, ac fœmina appræhēsis certior factus ab aruſpice mare dimiſſo, vxori eius, fœminæ, ipsi celerē obitū instare, salutarē cōiugi potius, q̄ sibi partē secutus auguriū, marē necari, fœminā dimitti iuſſit. sustinuitq; in cōspectu suo se ipsum in interitu serpentis occidi. Itaq; Cornelia nescio vtrū fœliciorē dixerim, q̄ talē virū habuerit, an miseriorē, q̄ amiserit,

DE ADMETO REGE THESSALIE

O te Theſſaliæ rex Admete crudelis, et diri fati crimīe sub magno iudice damnatū, qui coniugis tuæ lata pro tuis permutari paſſus es, eaq; ne tu extinguereris, voluntario obitu cōsumpta, lucē intueri potuiſti. & certe prius parentū indulgentiā tentaueras, fœmineo animo impar inuentus.

DE C. PLAVTIO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039011 3-8
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Vilior Graccho iniquæ fortunæ victima, quãuis senatorij vir ordinis, C, Plautius Numida, sed in cõsimili amore, par exemplũ. morte eñ vxoris audita, doloris impotẽs, pectus suũ gladio pcussit, Interuẽtu deinde domesticorũ inceptũ exequi phibit⁹, colligatusq; vt primũ est occasio data. scissis fascijs, ac vulnere diuulso, cõstãti dextera, spiritũ luct⁹ acerbitate pmixtum, ex ipsis pcordijs, et visceribus hausit. tam violẽta morte testat⁹. quãtũ maritalis flãmæ illo pectore clausum habuisset, DE M. PLAVTIO,

Eiusdẽ vt nominis, ita amoris quoq; M. Plauti⁹. nã cũ impio senatus classem sociorũ sexaginta nauiũ in Asiam reduceret, Tarẽtũq; appulisset. atq; ibi vxor eius Horestilla, quæ illuc eum psecuta fuerat. morbo pressa decessisset. funerata ea, et in rogũ imposita inter officiũ vngẽdi, et osculãdi, stricto ferro incubuit, quẽ amici sicut erat togatũ, & calceatũ, corpori coniugis iunxerũt. ac deinde subiectis facibus. vtrũq; vna cremauerũt. quorũ ibi factum sepulchrũ Tarẽti etiãnum cõspicit q̃d vocat, ΤΩΝ ΦΙΛΟΝΤΩΝ. nec dubito quin siq̃s modo extinctis sensus inest, Plautius et Horestilla, fati cõsortiõe gestientes vultus tenebris intulerint. saneq; vbi idem & maximus, & honestissimus amor est. aliquãto præstat morte iungi, q̃ vita distrahi,

DE IVLIA CAII CAESARIS FILIA,

Cõsimilis affectus Iuliæ C. Cæsaris filiæ annotatus est. quæ cũ ædilitijs comitijs Pompeij Magni cõiugis sui vestẽ cruore respersam e cãpo domũ relatã vidisset. territa metu ne qua vis ei esset allata. exanimis cõcidit, partũq; quẽ vtero cõceptũ habebat. subita animi cõsternatiõe, et graui dolore corporis ejicere coacta est. atq; ita expirauit, magno qdẽ cũ toti⁹ terrarũ orbis detrimẽto, cuius tranqllitas tot quiliũ bellorũ truculẽtissimo furore pturbata non esset, si Cæsaris & Pompeij concordia, cõmunis sanguinis vinculo constricta mansisset,

DE PORCIA CATONIS FILIA VXORE BRVTI,

Tuos quoq; castissimos ignes Porcia, M, Catonis filia cuncta secula debita admiratione psequunt. quæ cum apud Philippos victũ, & interemptũ virũ tuũ Brutũ cognosceres, qa ferrũ nõ dabat, ardẽtes ore carbones hauri re non dubitasti, muliebri spiritu virilẽ patris exitũ imitata, Sed nescio an hoc forti⁹, q̃ ille vsitato, tu nouo gñe mortis absumpta es, EXTERNA

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/114-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE AMORE CONIVGALI,

Sunt & alieni generi amores iusti, obscuritate ignorātiæ nō obruti. ex quib⁹ paucos attigisse satis erit. Gētis Cariæ Regina Arthemisia virū suū Mausolū fato absumptū, quātoque desyderarit, leue est, post cōgestorū omnis generis honorū, monimētiq; vsq; ad septē miracula, puecti magnificentiā, argumētari, Quid eīm aut eos colligas: aut de illo inclyto tumulo loquare? cum ipsa Mausoli vitulū ac spirās sepulchrū fieri cōcupierit, eoq; testimonio qui illam extincti ossa potioni aspersa, bibisse tradunt,

DE HIPSICRATHEA VXORE MITHRIDATIS,

Scipio aūt Africanus Superior quē dij immortales nasci voluerūt. vt esset in quo virtus se per omes numeros oīibus efficaciter ostēderet, solutioris vitæ primos adulescētiæ annos egisse ferī. remotos quidē a luxuriæ crimiæ sed tū pūicis tropheis deuictæ Carthagīs ceruicib⁹ īposito iugo teneriores

DE CAIO VALERIO FLACCO,

C. q̄q; Valerius Flacc⁹ secūdi punici belli tēporib⁹ luxu ꝑditā adulescētiā inchoauit. Cæterū a Pub, Licinio PONT, MAX, flamen factus, quo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



facili⁹ a vitiis recederet. ad curã sacrorũ & cerimoniarũ cõuerso animo, vius duce frugalitatis religione, quantũ prius luxuriæ fuerat exemplũ. tantũ postea modestiæ & sanctitatis specimen euasit,

DE QVINTO FABIO MAXIMO,

Nihil Q. Fabio Maximo, qui gallica victoria cognomẽ allobrogi sibimet ac posteris pepit, adulescẽtiæ magis infame. nihil eodẽ sene ornati⁹, aut speciosius illo seculo nostra ciuitas habuit. DE QVINTO CATVLO

Quis ignorat, Q. Catuli auctoritatẽ in maximo clarissimorũ virorũ, puentu excellũm gradũ obtinuisse? cui⁹ si supior ætas reuoluat, multi luxu⁹, multæ delitiæ reperient. que qdẽ ei impedimento nõ fuerũt. quo minus patriæ princeps existeret. nomẽq; eius in capitolino fastigio fulgeret. ac virtute ciuile bellũ ingenti motu oriens sepeliret. DE LVCIO SYLLA,

Lucius vero Sylla vsq; ad quæsturæ suæ cõmitia, vitã libidine, vino, ludicræ artis amore, pingnatã pduxit. Quã ꝓpter C. Mariũ COSS. molestẽ tulisse tradit. q⁹ sibi asiæ primũ in Africa bellũ gerẽti, tam delicatus quæstor sorte obuenisset. eiusdẽ virtus q̃li pruptũ, et disciplinis nequit, q̃ obsidebatur clausũ cathenas Iugurthæ manibus iniecit. Mithridatẽ cõpescuit. socialis belli luctus repressit. Cinnæ dñationẽ fregit. eũq; in Africa, q̃ se quæstorẽ fastidierat. ipsam illã pulnciã, plcriptũ, et exulẽ cogit petere. quæ tã diuersa tanq̃ inter se cõtraria, siquis apud animũ suum attentiore cõparatione expendere velit. duos in vno homine Syllas fuisse credidcrit. turpem adulescentulũ, & virũ dicerẽ fortẽ. nisi ipe se Felicẽ appellari maluisset.

DE SVBLIMITATE A STATV HVMILI, CAPVT, X,

ATq; vt nobilitatem beneficio pœnitentiæ se ipsam adhuc nuimus respicere. ita altiora modo suo sperare ausos subtexamus,

DE TITO AVFIDIO,

Titus Aufidius cum asiatici publicani exigua admodũ particulã habuisset, postea totam Asiam pconsulari imperio obtinuit. nec indignati sunt socii eius parere fascibus. quæ aliena tribunalia adulaptẽ viderãt. gessit se etiã integerrime, ac splẽdidissime, miroq; id modo demõstrauit. pstinũ quæstũ hic fortunæ, præsens vero dignitatis incrementũ, moribus suis imputari debere,

DE TITO PVBLIO RVTILIO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG um nbm de hvb 20 - 35a10.39/180-8 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE VARIETATE CASVVM,

At P. Rutilius nõ Publicanũ in Sicilia egit, sed operã publicanis dedit, idẽ vltimã inopiã suã autorato socijs officio sustẽtauit. ab hoc postmodũ Consule leges vniuersi Siculi acceperũt, acerbissimoq; prædonũ ac fugitiuorũ bello liberati sunt, portus ipos siquis modo mutis rebus inest sensus tantã in eodẽ homine varietatẽ status admiratos arbitror. Quẽ enĩ diurnas capturas exigentẽ animaduerterãt, eundẽ iura dantẽ, classesq; et exercit⁹ regentem viderunt,

DE PVBLIO VENTIDIO,

Huic tanto incremẽto maius adijciam, Asculo capto, Cn, Pompeij, Mag, pater, P, Ventidiũ ætate puberẽ in triũpho suo populi oculis subiecit. Hic est Vẽtidius qui postea Romæ ex Parthis & p Parthos de Crassi manib⁹ in hostili solo miserabiliter iacẽtibus, triumphũ duxit, itaq; qui captiu⁹ carcerem exhorruerat, victor capitoliũ fœlicitate celebrauit. In eodẽ enã illud eximiũ. quod eodem anno Prætor, & Consul est factus,

DE VARIETATE CASVVM DE LVCIO LENTVLO, CAPVT VNDECIMVM,

CAsuum nunc cõtemplemur varietatẽ. L. Lẽtulus cõsularis lege cæcilia repetundarũ crimine oppræssus, Censor cum L, Censorino creatus est, quem quidẽ fortuna inter ornamẽta, et dedecora alterna vice versauit. cõsulatui illius damnationẽ, damnationi Censurã subijciẽdo et neq; bonis eũ ꝑpetuis frui, nec malis æternis ingemiscere patiendo,

DE CNEO CORNELIO SCIPIONE ASINA,

Hijsdem viribus vti voluit in Cn, Cornelio Scipione Asina, qui COSS, a pœnis apud Liparas captus, cũ belli iure omĩa ꝑdidisset, lætiore subinde vultu eius adiutus cũcta recuperauit. consul etiã iterũ creatus. Quis crederet illũ a duodecim securibus ad carthaginẽsiũ puenire cathenas? quis rursus existimaret a punicis vinculis ad summa imperij puenturũ fastigia? sed tñ ex cõsule captiuus, et ex captiuo cõsul factus est,

DE CRASSO DICTO DIVITE.

Quid Crasso nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomẽ dedit? sed eidẽ postea inopia turpem decoctoris superlationẽ immisit. Si quidẽ bona eius a creditoribus, quia solidũ præstare non poterat, venierũt, Itaq; amara sugillatione nõ caruit. cũ egens ambularet, diues ab occurẽtibus salutabat,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER SEXTVS,

DE QVINTO CEPIONE,

Crassum casus acerbitate, Q, Cepio præcurrit. is nãq; præturæ splẽdore, triũphi claritate, cõsulatus decore, Maximi Põtificis sacerdotio, vt senatus patronus diceret. assecutus, in publicis vinculis spiritũ deposuit. corpusq; eius funesti carnificis manib⁹ laceratũ in scalis gemonijs iacẽs magno cum horrore totius fori romani cõspectũ est. DE CAIO MARIO Cãdidato Iam Ca. Marius maximæ fortunæ luctatio est. omẽs eñ eius impetus tam corporis, q̃ animi robore fortissime sustinuit. arpinatibus honoribus iudicatus inferior, quæsturã Romæ petere ausus est, patiẽtia deinde repulsarũ irrupit, magis in curiã, q̃ venit. in tribunatus q̃q; et ædilitatis petitione cõsimilẽ cãpi notã exptus. præturæ cãdidat⁹ supremo loco inhæsit. quã tamẽ nõ sine periculo obtinuit. ambitus. n. accusatus. vix atq; ægre absolutionẽ a iudicibus impetrauit. ex illo Mario tã hũili arpinate, tã ignobili Romæ, tanq̃ fastidiẽdo cãdidato, ille Marius euasit. q Africã subegit. Iugurthã regem ante currũ egit. q theutonicorũ, cymbrorũq; exercitus deleuit. cuius bina trophæa in vrbe spectãtur. cui⁹ septẽ in fastis cõsulat⁹ leguntẽ. cui post exiliũ Cõsulẽ creari, ꝓscriptoq; facere ꝓscriptionẽ cõtigit. Quid huius cõditione incõstantius, aut mutabilius: quẽ si inter miseros posueris miserrimus. inter fœlices fœlicissimus reperiet, DE CAIO CAESARE, Caius aũt Cæsar cuius virtutes aditũ sibi in cœlũ struxerũt. inter primæ iuuẽtutis initia priuatus Asiã petẽs, a maritimis prædonib⁹ circa insulã Pharmacussam exceptus qnquaginta se talẽtis redemit. parua igit summa clarissimũ mundi sydus in pyratico Mioparone repẽdi fortuna voluit. Quid ẽ ergo q amplius de ea re queramur: si ne cõsortibus qdẽ diuinitatis suæ parcit. Sed cœleste numẽ se ab iniuria vindicauit. cõtinuo eñ captos predones crucibus affixit. attẽto studio nostra cõmemorauim⁹. remissiore nũc animo aliena narrent. EXTERNA. DE POLEMONE Atheniẽli Philo, Perditæ luxuriæ Athenis adulescẽs Poleuton neq; illecebris eius tãtũmõ, sed etiã ipsa infamia gaudẽs cũ e cõuiuio nõ post occasum solis, sed post ortum surrexisset. domũq; rediẽs Xenocratis philosophi patentẽ ianuã vidisset. vino grauis, vnguẽtis delibut⁹ sertis capite redimito, plucida veste amict⁹ refertã turba doctorũ hominũ scholã eius intrauit. nec cõtẽtus tam de-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/142-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



formi introitu, cõsedit etiã, vt clarissimũ eloquiũ & prudẽtissima præcepta temulentiæ lasciuijs eleuaret. orta deinde, vt par erat, omniũ indignatione Xenocrates vultũ in eodẽ habitu cõtinuit. omissaq; re, quã dissererat. de modestia. ac tẽperãtia loqui cepit. Cuius grauitate sermonis respicere coactus Polemon. pmũ coronã capite detractã, iecit. paulo post brachiũ intra palliũ reduxit. procedente tpe. oris cõuiualis hilaritatẽ deposuit. ad vltimũ totã luxuriã exuit. vnusq; orationis saluberrima mediocna sanatis. ex infami ganeone maximus phũs euasit. peregrinatus est huius animus in nequitia, nõ habitauit.

DE TEMISTOCLE.

Piget Temistoclis adulescentiã attingere siue patrẽ aspicias, abdicatiõis ingentẽ notã. siue matrẽ suspẽdio finire vitã, ppter sũj turpitudinẽ coactã cũ olim postea grauj sanguinis virorũ clarissimo extiterit, mediũq; Europæ & Asiæ vel spei vel desperationis pigno fuerit. Hæc eñ salutis suæ patronũ habuit. alla vadẽ victoriæ assũpsit.

DE CIMONE ATHENIENSI.

Simonis vero incunabula opinione stultitiæ fuerũt et ferta etiã dẽ stultitiæ impia salutaria Athenienses senserũt. atq; coegit eos stuporis semetipsos dãnare. qui eũ stolidũ crediderant.

DE ALCIBIADE.

Nãq; Alcibiadẽ q̃ duæ fortunæ partitæ sunt. altera quæ ei nobilitatẽ exstruxit. abũdantes diuitias. formã præstantissimã. fauorẽ ciuiũ. ppensum sũma impia. præcipuas potẽtiæ vires. flagrãtissimũ ingenũ assignaret. Altera quæ. Lanationẽ. exiliũ. venditionẽ bonoꝝ. inopiã. odiũ patriæ violentã mortẽ infligeret. nec aut hæc. aut illa vtriusq; sed varia. perplexa. freto ac pelagi simillima.

DE POLYCRATE Tyranno Samiorũ

Ad inuidiã vsq; Polycratis Samiorũ tyrãni abũdãtissimis bonis cõspicuus vitæ fulgor excessit. nec line cã. oẽs cũ conatus ei placido excipiebanẽ itinere. spes certũ cupitæ rei fructũ apprehendebat. vota nũcupabanẽ sibi mal. & soluebanẽ. velle ac posse in æquo positũ erat. semel dũtaxat vultũ mutauit per q̃s breui tristitiæ salebra successit. tunc cũ admodũ gratũ sibi annulũ de industria in pfundũ. ne oĩs incommodi expers esset. abiecit. quẽ mox continuo recuperauit. capto pisce qui eũ deuorauerat. sed hũc. cuius felicitas semp plenis velis. pspere cursum tenuit. Orontes Darij regis præfectus in excelsissimo Mycalensis montis vertice cruci affixit. ex q̃ putres

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a10.39/18-4
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS,

eius artus, eo tabido cruore manantia membra, atq; illã leuã cui Neptunus anulũ piscatoris manu restituerat siru marcidã Samos amata seruitute alis quandiu ipsa, liberis ac lætis oculis aspexit, DE DIONYSIO tyrãno Dionysius aũt cũ hæreditatis noie a patre Syracusanorũ, ac pene totius Siciliæ tyrannidẽ accepisset, maximarũ opũ domin⁹, exercituũ dux, rector classium, equitatu potens, propter inopiã litteras puerulos Corinthi docuit, eodẽq; tpe, tanta mutatione maiores statu, ne qs nimis fortunæ crederet magister ludi factus ex tyranno monuit, DE SIPHACE rege, Sequit hũc Syphax Rex consimilẽ fortũe iniquitatẽ expertus, quẽ amicũ hinc Roma per Scipionẽ, illinc Carthago per Hasdrubalẽ vltro petitum ad penates deos eius venerat, Ceterũ eo claritatis erectus vt validissimor⁹ populorũ nõ tñ arbiter, sed & victor victoriæ existeret, parui tpis interiecta mora, cathenatus a Lælio legato ad Scipionẽ imperatorẽ pertractus est, cuiusq; dexterã regio insidens solio, arrogãti manu attigerat, & genibꝰ supplex poubuit. Caduca nimirũ & fragilia, puerilibusq; consentanea crepundiis sunt ista, quæ vires atq; opes humanæ vocant, affluxit subito, repente dilabunt, nullo in loco, nulla in persona stabilius nixa radicibus consistũt, sed incertissimo statu fortunæ huc atq; illuc acta quos in sublime exculerunt in profundo recursu destitutos in pfundo cladiũ miserabiliter immergunt, itaq; neq; debent existimari neq; dici bona, quæ inflicto tam malorum amaritudinem, desyderio sui duplicant,

VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS DE FELICITATE, CAPVT PRIMVM,

VOlubilis fortunæ cõplura exempla retulimus constãtis & propitiæ admodũ pauca narrari possunt, quo patet eã aduersas res cupido animo insligere, secũdas parco tribuere, eadem vbi malignitatis obliuisci sibi imperauit, non solũ plurima, ac maxima, sed etiam perpetua bona congerit, DE Q. METELLO.

Videamus ergo quot gradibꝰ beneficiorũ Q. Metellum a primo originis die ad vltimũ vsq; fati tẽpus nunq; cessante indulgentia, ad summũ beatæ vitæ cumulũ perduxerit. Nasci sũ in vrbe terrarũ principe

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/184-0
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

voluit, parētes ei nobilissimos dedit, adiecit ani rarissimas dotes, et corporis vires, vt sufficere laboribꝰ posset vxorē pudicitia, et fœcūditatæ cōspicuā cōciliauit, Cōsulatꝰ decꝰ, impatoriā ptātē, speciosissimi triūphi præ textā largita est, fecit, vt eodē tpe tres filios consulares, vnū etiā censoriū, duos triūphales & quartū pretorium videret, vt tres filias nuptui daret, earūq; sobolē sinu suo exciperet, tot partus, tot incunabula, tot viriles toge, tā multæ nuptiales faces honorū imperiorū, oīs deniq; gratulatiōis summa abundantia cū interim nullū funus, nullus gemitus, nulla cā tristitiæ, Cælū cōtēplare, vix tū ibi talē statū reperies, qm̄ quidē luctus, & dolores, deorū quoq; pectoribus, a maximis vatibꝰ assignari videmus, hūc aūt vitæ actū eius consentaneus finis excepit, nā Q. Metellū vltimæ senectutis spacio defunctū, leuiq; genere mortis inter oscula, complexusq; carissimorū pignorū extinctum filij & generi humeris suis per vrbem latum rogo imposuerunt,

DE GYGE,

Clara hæc fœlicitas, obscurior illa, sed diuino splendore preposita, cū eīm Gyges regno Lydiæ, armis et diuitijs abundantissimo inflatus anīo apollinē pythiū scisitatū venisset, an aliqs mortaliū se esset felicior, deꝰ ex abdito sacrarij specu, voce missa Aglaū Psophidiū ei ptulit, is erat Arcadum pauperrimꝰ, sed ætatæ iā senior, terminos agelli sui nunq̄ excesserat, parvuli ruris fructibus ac voluptatibus cōtentus, Verū ꝓfecto beatæ vitæ finē Apollo nō adumbratū, oraculi sagacitate cōplexus est, Quocirca insolenter fulgore fortunæ suæ glorianti respondit magis se ꝓbare securitate ridens tugurium q̄ tristē curis & solicitudinibus aulam, paucasq; glebas pauoris expertes, q̄ pinguissima Lydiæ arua metu referta, & vnū aut alterū iugū boū facilis tutelæ q̄ exercitus, & arma, & equitatū voracibus impensis onerosū, & vsus necessarij horreolū nimis nulli appetendū, q̄ thesauros omniū insidijs & cupiditatibus expositos, Ita Gyges dū adstipulatorem vanæ opinionis deum habere concupiscit, vbi nam solida, & sincera esset fœlicitas didicit,

SAPIENTER DICTA AVT FACTA CAPVT II,

NVncid genus fœlicitatis explicabo, quod totum in habitu animi est, nec votis petitur sed in pectoribꝰ sapientia præditis natū

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS,

dictis factisq; prudentibꝫ enitescit, DE APPIO CLAVDIO,

Appiũ Claudiũ crebro solitũ dicere accepimus, negociũ Populo Roãno melius q̃ ociũ cõmitti, nõ q̃ ignoraret, q̃ iucundus trãquillitatis statꝰ esset, sed q̃ animaduerteret prepotentia imperia agitatione rerũ, ad virtutẽ capescendã excitari, nimia quiete in desidiã resolui, & sane negotiũ noĩe horridũ ciuitatis nr̃e mores ĩ suo statu cõtinuit, blandæ appellatiõis quies plurimis vitijs respersit, DE SCIPIONE AFRICANO,

Scipio vero Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere, nõ putarã. videlicet qa explorato et excusso cõsilio, quæ ferro agunt, admistrari oportere arbitrabat sũma rõne, Inemẽdabilis eũ est error q̃ violẽtiæ Martis cõmittit, Idẽ negabat aliter cũ hoste cõfligi debere, q̃ aut si occasio obuenisset, aut necessitas incidisset, æque prudenter, nã & ꝓsperã gerendæ rei facultatẽ omittere, maxĩa dementia est, & in angustias vtiq; pugnandi cõpulsum abstinere se prelio, pestiferæ ĩgnauiæ assert exitiũ, eorũq; q̃ ista cõmittunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ nescit resistere

DE Q, METELLO,

Quinti quoq; Metelli tũ grauis, tũ etiã alta in senatu sententia, qui deuicta Carthagine nescire se illa victoria boni ne plꝰ an mali Reip, attulisset, asseuerauit, q̃m vt pacẽ restituendo profuisset, ita Annibalẽ submouendo, nõ nihil nocuisset, eiꝰ eñ trãsitu in Italiã, dormientẽ Populi Ro, virtutẽ excitatã, metuiq; debere, ne acriæmulo liberata, in eundẽ somnũ reuoluerẽ, in æquo igit malorũ posuit vri tecta, vastari agros, exhauriri ærariũ, et prisci roboris hebetari neruos,

EE LICINIO FIMBRIA CONSVLARI,

Quid illud factũ Licinij Fimbriæ consularis? q̃ sapiens, A, M, Luctatio Pinthia splendido equite Ro, iudex additus de sponsione, quã is cũ aduersario, q̃ vir bonus esset, fecerat, nunq̃ id iudiciũ pnunciatõe sua finire voluit, ne aut probatũ virũ si contra eũ iudicasset fama spoliaret, aut iuraret cum virũ bonum esse, cũ ea res innumerabilibus laudibus contineatur, forensibus hæc, illa militaribus stipendijs prudentia exhibita est,

DE PAPYRIO CVRSORE CONSVLE,

Papyrius cursor Cõsul cũ Aquiloniã oppugnans preliũ vellet cõmittere,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



pullarijq; non ꝓsperātibus auibus optimū ei auſpiciū renūtiaſſet, de falla
ciillius factus certior, ſibi quidē et exercitui bonū omen datū credidit, ac
pugnam iniit. Cæterū mendacē ante ipſam aciē cōſtituit, vt haberēt dij, cui
capite, ſi qd itæ cōcepērāt, expiarēt, directū eſt aūt ſiue cæli, ſiue cœleſtis
numinis, puldētia, q̄d primū e cōtraria parte miſſum erat telū in ipſam Pulla
rij pectus, eumq; examinē ꝓſtrauit. id vt cognouit Cōſul, fidēre animo &
iuſſit Aglomā, & cepit. Tam cito animaduertit, q̄ pacto iniuria imperatoris
vindicari deberet, quēadmodū violata religio expiāda foret, q̄ ratione vic
toria apprehēdi poſſet, egit, virū ſeuerū, cōſulē religioſum, imperatorē ſtre
nuū, timoris modū, pœne genus. Spei viam, vno mentis impetu rapiendo.
Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar. DE SENATV.

Cū aduerſus Annibalē ſenatus Claudiū Neronē et Liuiū Saliuatorē Cō
ſules mitteret, eoſq; vt virtutibus pares, ita inimicitijs acerrime inter ſe diſſi
dentes videret, ſummo ſtudio in gratā reduxit ne ꝑpter priuatas diſſenſio
nes, Rēp. parū vtiliter adminiſtrarēt, qa cōſiliū impio vbi cōcordia nō in
eſt, maior alicna opa interpellādi, q̄ ſua ędēdi cupiditas naſcit. vbi vero
pernax intercedit odiū, alter alteri, q̄ vterq; cōtrarijs caſtris certior hoſtis p
ficiſcit. Eoſdē ſenatus cum ob nimis aſperē actam cēſurā a Cn. Bebio, Tri,
Ple. proſtris aggrenī. rei caulæ dictione decreto ſuo liberauit, vacuū offis
iudicij metu eum honorē reddēdo, qui exigere deberet rationē, nō reddere.
Par illa ſapiētia ſenatuſ Tiberiū Gracchū Tri. Ple. agrariā legē, promulgare
auſum morte mulctauit. Idē vt ſecūdū legē ei⁹ p triūuiros ager populo vi
ritim diuideret, egregie cenſuit. Siquidē grauiſſimæ ſeditiōis eo dē tēpore et
autorē, & cauſam ſuſtulit. Quā deinde ſe prudēter in rege Maſiniſſa geſſit
nam cū promptiſſima, & fideliſſima eius opera aduerſus Carthaginenſes
vſus eſſet, eūq; in dilatādo regnō auidiorē cerneret, legē ferri iuſſit. q̄ Maſi
niſſæ ab impio Populi Ro. ſolutā libertatē tribueret. quo facto q̄ optime
meriti beneuolētiam retinuit. tū Mauritaniæ, & Numidiæ, cæteratū; illi⁹
tractus gētiū nunq; fida pace qeſcētem Feritatē, a valuis ſuis repulit. Tem
pus deficiet domeſtica narrantē, qſū imperiū nēm nō tam robore corporū
q̄ animoꝝ vigore, incrementū ac tutelā ſuā comprehendit. maiori itaq; ex
parte Romana prudētia in admiratione tacita reponāt, alienigeniſq; huius

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-358103/0/17-6
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



gius exẽplis deĩ adit⁹, EXTERNA, DE SOCRATE philosopho

Socrates hũanæ sapientiæ quasi quodda terrestre oraculũ, nihil vltra petẽ dũ a dijs immortalib⁹ arbitrabat, q̃ vt bona tribuerent, qui denũ sciẽt quid vnicuiq; esset vtile nos aũt plerũq; id votis expetere, quod nõ impe trasse melius foret, Etenim denssissimis tenebris intricata mortalium mens in quã late patẽt errorẽ cæcas precationes tuas spargis, diuitias appetis, que multis exitio fuerũt? honores cõcupiscis? q cõplures perfunderũt? regna tecũ ipa voluis, quorũ exit⁹ sæpenumero miserabiles cernunt? splẽ didis cõiugis insidijs mah⁹. at hæc vt aliquãdo illustrãt, ita nõnũq; fundit⁹ domos euertũt, define igit stulta futuris malorũ tuorũ causis q̃s felicissi mis rebus inhiare, teq; totũ cœlestiũ arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiã digere aptissima possunt, Idẽ expedita & cõpen diaria via eos ad gloriã peruenire dicebat, q id agerẽt, vt q̃les videri vellẽt tales etiã essent, q̃ quidẽ predicatione aperte monebat, vt hoĩes ipsam po tius virtutẽ hauirent, q̃ vmbrã eius cõsectarent, Idem ab adulescentulo quodã cõsultus vtrũ vxorẽ duceret, an se offino matrimonio abstineret, Respõdit, vtrũ horũ feciss̃et acturũ pœnitentiam, hinc te inquit solitudo, hinc orbitas. hinc generis interitus, hinc hæres alienus excipiet. illinc pe petua solicitudo, cõtextus querelarũ, dotis exprobratio, affinũ graue su perciliũ, garrula socrus lingua, subsessor alieni matrimonij, incertus libe rorũ eventus, nõ passus est immemẽ in contextu rerũ asperarũ q̃s lætæ mate riæ facere delectũ, Idẽ cũ athenienssiũ scelerata dementia tristẽ de capite ei⁹ sententiam tulisset, fortiq; aio, & constanti vultu potionẽ veneni e manu carnificis accepisset, admoto ia labris poculo, vxori Xanthippæ inter fle tũ, & lamẽtationẽ vociferanti innocentẽ eũ perimi, qd ergo inqt, nocentẽ mihi mori satius esse duxisti? O immensam illã sapientiã quæ ne ipso quidem vitæ excessu oblitisci sui potuit,

DE SOLONE,

Age q̃s prudẽter Solon neminẽ dum adhuc viueret beatũ dici debere arbi trabat, quod ad vltimũ vsq; fati diẽ angipiti fortunæ subiecti essemus. ferlis citatis igit hũanæ appellationẽ Rogus cõsumat. q̃ le incursu malor⁹ obn̄cit Idem cũ ex amicis quendã grauiter mœrentẽ videret. in arcẽ pduxit. horta

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um rbm de hvb 20 - 35a10.39/1&8-1
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SAPIENTER DICTIS AVT FACTIS,

tusq; est, vt per omnes subiectorũ ædificiorũ partes oculos circũferret. q̃d vt factũ aniaduertit, cogita nunc tecũ inquit, q̃ multi luctus sub his tectis & olim fuerint, hodie q; versent, insequentibusq; seculis sint habituri, ac mitte mortaliũ incommoda tanq̃ ꝓpria deflere, qua cõsulatione demonstrauit vrbes esse humanarũ cladiũ consepta miseranda, Idem aiebat si in vnum locũ cuncti mala sua contulissent, futurũ, vt propria deportare domum, q̃ ex omni miseriarum aceruo portionẽ suã ferre mallent, quo colligebat nõ oportere nos quæ fortuito patiamur, præcipuæ & intolerabilis amaritudinis iudicare.

DE BIA PRIENENSI,

Bias aũt cum patriã eius Prienen hostes inuasissent. omnibus, quos modo sæuitia belli incolumes abire passa fuerat. ꝑtiosarũ rerũ põdere onustis fugientibus. interrogatus qd ita nihil ex bonis suis secũ ferret. Ego (inquit) vero bona mea mecũ porto, pectore em̃ illa gestabat, nõ hũeris, nõ oculis visenda. sed æstimãda animo, quæ domicilio mẽtis inclusa, nec mortaliũ, nec deorũ manibus labefactari queunt. & vt manentibus præsto sunt. ita fugientes non deserunt.

DE PLATONE PHILOSOPHO,

Iam Platonis verbis abstricta sed sensu præualẽs sententia, qui tum demũ beatũ terrarũ orbẽ futurũ prædicauit. cum aut sapiẽtes regnare, aut reges sapere cœpissent.

DE QVODAM REGE,

Rex etiã ille subtilis iudicij. quẽ ferũt traditũ sibi diadema priusq̃ capiti imponeret. retentũ diu consyderasse. ac dixisse. O nobilẽ magis q̃ fœlicẽ pãnum. quẽ siquis penitus cognoscat q̃ multis solicitudinibus, et ꝑiculis, et miserijs sit refertus. ne humi quidẽ iacentẽ tollere vellet.

DE XENOCRATE PHILOSOPHO,

Quid Xenocratis Responsum. quã laudabile cũ maledico sermoni quorundã summo silentio interesset. vno ex his quærente, cur solus linguã suã cohiberet: qa dixisse me, inqt, aliqñ pœnituit. tacuisse nunq̃,

DE ARISTOPHANE.

Aristophanis quoq; altioris est prudẽtiæ præceptũ. qui in comœdia introduxit remissum ab inferis atheniensem Periclem, vaticinantẽ nõ oportere in vrbe nutriri leonẽ. sin ãt sit alit⁹, obseq ei cõuenire. monet em̃ vt ꝑcipuæ nobilitatis, et cõcitati ingenij iuuenes refrenent. nimio vero fauore, ac pro-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS,

fusa indulgentia pasti quomin⁹ potentiā obtineāt ne impediant. q̄d stultū & inutile sit eas obtrectare vires, quas ip̄e foueris,

DE THALETE PHILOSOPHO,

Mirifice etiā Thales. nā interrogatus an facta hoinū deos fallerent. nec cogitata inquit, vt nō solū man⁹, sed etiā mētes puras habere vellemus, cū secretis cogitacionibus nostris cœleste numē adesse credidissemus,

DE THEMISTOCLE,

Ac neq̄d sequit̄ quidē minus sapiens. vnicæ filiæ pater Themistoclē cōsulebat, vtrū eā pauperi, sed ornato, an locupleti, sed parū probato collocaret? cui is. malo (inquit) virū pecunia, q̄ pecuniā viro indigentē, quo dicto stultū monuit, vt generum potius, q̄ diuitias generi legeret,

DE REGE PHILIPPO PATRE ALEXANDRI,

Age Philippi q̄ ꝓbabilis epistola, in q̄ Alexandrū quorundā macedonū beneuolentiā largitione ad se attrahere conatū sic increpuit, quæ te fili ratio in hāc tā vanā spem induxit, vt eos fideles tibi futuros existimares, quos pecunia ad amorē tui cōpulisses? a charitate istud prestat̄ At vero aū philippus maiore ex parte mercator Græciæ, q̄ victor,

DE ARISTOTELE PHILOSOPHO,

Aristotele aūt Calisthenē auditorē suū ad Alexandrū mittens monuit vt cū eo aut q̄ rarissime, aut q̄ iucundissime loqueret, quo, s, apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior, at ille dū Alexandrū Macedonē ꝑsica salutatione gaudētē obiurgat, et ad macedonicos mores inuitū reuocare beneuole ꝑseuerat, spiritu carere iussus, serā neglecti salubris cōsilij pœnitētiā egit, Idē Aristoteles de semetip̄o iu neutrā partē loq debere predicabat, q̄m laudare se vani, vituperare stulti esset, Eiusdē est vtilissimū preceptū, vt voluptates abeuntes cōsideremus, quas quidē sic ostendendo minuit, fessas eīm pœnitenciæq; plenas anīs nr̄is subiecit, q̄ minus cupide repetant̄,

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO,

Nec parū prudenter anaxagoras interroganti cuidā quis nā esset beatus, nemo (inqt) ex his q̄s tu fœlices existimas, sed eū in eo nūero reperies, q a te ex miserijs cōstare credit̄, nō erit ille diuitijs, & honoribus abundans, sed aut exigui ruris, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SAPIENTER DICTIS AVT FACTIS,

in secessu, q̄ in fronte beatior

DE DEMADE,

Demadis quoq; dictū sapiēs nolētibus eñ Atheniēsibus diuinos honores Alexādro decernere. videte (inqt) ne dū cœlū custoditis, terrā amittatis,

DE ANACHARSI,

Quam Porro subtiliter Anacharsis leges araneaꝝ telis cōparabat, nam vt illis infirmiora animalia retineri, valētiora trāsmitti. ita his hūiles, & pauperes cōstringi, diuites, et ꝑpotētes nō alligari.

DE AGESILAO,

Nihil etiā Agesilai facti sapiētius. siquidē cū aduersus Rempu, lacedæmonioꝝ cōspiratione ortā noctu cōperisset. leges Lycurgi cōtinuo abrogauit quæ de indēnatis suppliciū sumi vetabāt. cōprehēsis aūt, et interfectis sontibus, easdē euestigio restituit, atq; vtrūq; simul ꝓuidit. ne salutaris animaduersio vel iniusta esset. vel iure impediret. itaq; vt semper esse possent. aliquando non fuerunt,

DE HANNONE.

Sed nescio an Hannonis excellētissimæ prudētiæ cōsiliū. Magone eñ cannēsis pugnæ extrū senatui pœnorū nūciante. inq; tāti successus fidē anulos aureos triū modiorū mēsurā explētes fundēte. q interfectis nostris ciuib⁹ detracti erant. quæsiuit an aliqs sociorū post tantā cladē a romanis defecisset: atq; vt audiuit neminem ad Annibalē transisse, suasit, vt ꝓtinus legati Romā, per quos de pace ageret, mitterent. cuius si sententia valuisset. neq; secūdo punico bello deuicta Carthago, neq; tertio deleta foret.

DE HERENNIO PONTIO SAMNITE,

Ne Samnites q̄dem parūas pœnas cōsimilis erroris pepēderūt. q Herēnij pontij salutare cōsiliū neglexerūt. q autoritate, & prudētia cæteros præstās ab exercitu, et duce eius filio suo cōsultus, q̄d nam fieri de legionibus Romanis apud furcas caudinas inclusis deberet. inuiolatas dimittēdas rñdit, postero die eadē de re interrogatus, deleri eas oportere dixit. vt aut maxio beneficio gratia hostiū emeret. aut grauissima iactura vires cōfringerentur sed improuida temeritas victorū, dū vtranq; partē spernit vtilitatis, sub iugum missas in pniciem suam accēdit. multis & magnis sapiētiæ exemplis paruulum adijciam.

DE CRETENSIBVS,

Cretēses cū acerbissima execratiōe aduersus eos, q̄s vehemēter oderūt. vti volūt. vt mala cōsuetudine delectent. optāt. modestoq; voti gūe efficacissi-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9/19 1-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS,

mum vltionis euentū reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere. et in eo perseueranter morari exitio ea dulcedo vicina est.

VAFRE DICTA AVT FACTA, CAPVT III,

Est aliud factorū, dictorūq; genus a sapientia proximo deflexu, ad vafre nomē ꝓgressum, q̄d nisi fallacia vires assumpserit. fidē ꝓpoliti nō inuenit, laudēq; occulto magis tramite, q̄ aperta via petit,

DE QVODAM ANTISTITE ROMANO,

Seruio Tullo regnāte cuidā patrifamiliæ in agro sabino præcipuæ magnitudis, & eximiæ forme vacca nata est. quā oraculorū certissimi autores in hoc a dijs immortalib⁹ editā responderūt. vtq; si quis eam Auētinēsi Dianæ immolasset, eius patria totius terrarū orbis imperiū obtineret, lætus eo dominus bouē cū summa festinatione Romā actā mactādā in Auētino ante aram Dianæ cōstituit, sacrificio sabinis regimē hūani generis daturus. de q̄re antistes tēpli certior factus. religionē hospiti intulit. ne prius victimā cæderet. q̄ ꝓxima se aqua abluisset. eoq; alueū tyberis petēte, vaccā ipe imolauit. et vrbē nr̄am tot ciuitatū, tot gētiū dominā, pio sacrificij furto reddidit

DE IVNIO BRVTO,

Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referēdus. nā cū a Rege Tarquinio auūculo suo omnē nobilitatis indolē excerpi. interq; cæteros etiā fratrē suū, q; vegetioris ingenij erat interfectū aniaduerteret. obtusi se cordis esse simulauit. eaq; fallacia maximas virtutes suas texit, ꝓfectus etiā Delphos cū Tarquinij filijs. quos is ad Apollinē pythiū muneribus, sacrificijsq; honorādum miserat. aurum deo, nomine doni clam cauato baculo inclusum tulit. quia timebat ne sibi cœleste numē apta liberalitate venerari tutum nō esset. peractis deinde mādatis patris, Apollinē iuuenes cōsuluerūt quis nam ex ipsis Romæ regnaturus videret. At is penes eū summā vrbis nostræ potestatē futurā respondit. q ante om̄es matri osculū dedisset. Tūc Brutus pinde atq; casu ꝓlapsus de industria se abiecit. terrāq; cōmunē omniū matrē existimās, osculatus est. q̄d tam Vafre telluri impressum osculū, vrbi libertatē. Bruto primū in fastis locum tribuit.

DE SCIPIONE SVPERIORE.

Scipio q̄q; supior p̄sidiū calliditatis amplex⁹ ē. ex Sicilia .n. petēs Africam

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE VAFRE DICTIS AVT FACTIS,

cũ ex fortissimis peditibus Romanis trecẽtorũ equitũ numerꝫ implere vel
let. neq; tam subito posset eos instruere, quod tẽporis angustiæ negabant,
sagacitate cõsilij assecutus est. nãq; ex his iuuenibus quos secũ ex tota Sici-
lia nobilissimos, et ditissimos. sed inermes habebat. ad se vocatos trecẽtos
speciosa arma. et electos equos, q̃ celerrime expedire iussit. velut eos conti
nuo secum ad oppugnandã Carthaginẽ aduecturus. qui cũ imperio vt ce-
leriter, ita longinq; et periculosi belli respectu solicitis animis paruissent. re-
mittere sese Scipio illam expeditionẽ. si arma & equos militib⁹ suis tradere
voluissent. edixit. rapuit cõditionẽ imbellis. ac timida iuuẽtus. instrumẽtos
q; suo cupide nostris cessit. Ergo calliditas ducis puidit. vt siquod ptinus
imperaret. graue prius, deinde remisso militiæ metu, maximũ beneficiũ fie
ret. quod sequit narrandũ quoq; est.

DE Q. FABIO LABEONE.

Quintus Fabi⁹ Labeo arbiter a senatu sipiũ cõstituẽdorũ inter Nolanos,
& Neapolitanos datus. cum in rem p̃sentẽ venisset. vtrosq; separatim mo-
nuit. vt omissa cupiditate, regredi cõtrouersia. q̃ pgredi mallent. idq; cum
vtraq; pars autoritate viri mota fecisset. aliquãtũ vacui in medio agri relic-
tum est. cõstitutis deinde finibus vt ipsi terminauerãt. quicqd reliq soli fuit.
Po. Ro. adiudicauit. Cæterũ & sic circũsiẽti Nolani ac Neapolitani queri
nihil potuerũt. secundũ ipsorꝫ demonstrationẽ dicta sententia. improbo tñ
præstigiorũ genere, nouũ ciuitati nostræ vectigal accessit. Eundẽ ferũt cũ
a rege Antiocho. quẽ bello sup̃auerat. ex fœdere icto, dimidiã partẽ nauiũ
accipere deberet. medias omnes secuisse vt eum tota classe priuaret.

DE MARCO ANTONIO.

Nam M. Antonio remittẽdũ cõuitiũ est. q idcirco se aiebat nullã orationẽ
scripsisse. vt si quid superiore iudicio actũ. ei quẽ postea defensurus esset.
nociturũ foret. non dictũ a se affirmare posset. qui facti vix prudẽtis. tolera
bilem causam habuit. p periclitantiũ enim cãpitẽ. nõ solũ eloquẽtia sua vti.
sed etiam verecũdia abuti erat paratus.

DE SERTORIO.

Sertorius vero corporis robore. atq; animi cõsilio parẽ naturæ indulgẽtiã
exptus. pscriptione syllana dux Lusitanorũ fieri coactus. cũ eos oratione
flectere nõ posset. ne cũ Romãis vniuersa acie cõfligere vellẽt Vafro cõsilio
ad suam sententiã perduxit. duos em̃ in cõspectu eorum constituit equos.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019/193-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



alterũ validissimũ, alterũ infirmissimũ, ac deinde validi caudã ab imbecillo sene paulatim carpi infirmi a iuuene eximiaq; viriũ vniuersam cõuelli sustulit obtẽperatũ imperio est, Sed dum adulescentis dextera irrito se labore fatigat, senio cõfecta manus ministeriũ executa est tunc barbaræ concioni quæsum ea res tenderet cognoscere cupienti, subiecit, equi caudæ consimilẽ esse nostrũ exercitũ, cuius partes aliqs aggrediẽs oppugnare possit, vniuersum conatus prosternere, celerius tradiderit victoriã, q̃ occupauerit. Ita gẽs barbara & aspera, et regi difficilis, in exitiũ suũ ruens, quã vtilitatẽ auribus tulerat, oculis peruidit.

DE FABIO MAXIMO,

Fabius aũt maximus cuius nõ dimicare, vincere fuit, cũ præcipuæ fortitudinis Nolanũ peditẽ dũbia fide suspectũ, & strenuæ opæ Lucanũ equitem amore scorti deperditũ in castris haberet, vt vtroq; potius bono milite vteretur, quã in vtrũq; animaduerteret, alteri suspicionẽ suam dissimulauit. in alterũ disciplinã paululũ a recto tenore deflexit, nãq; illũ plene p tribunali laudando, omniq; genere honoris prosequẽdo, animũ suũ a pœnis ad Romanos coegit reuocare et hunc clam meretricẽ redimere passus, paratissimum pro nobis excursurem reddidit,

DE MARCO VOLVSIO AEDILE,

Veniã nunc ad eos q̃bus salus, astutia q̃sita est, M, Volusius ædilis plebis proscriptus assumpto suaci habitu, p itinera vialq; publicas stipẽ petens qui nam re vera esset, occurrẽtes dignoscere passus nõ est, eoq; fallaciæ genere tectus in M, Bruti castra peruenit. Quid illa necessitate miserius? quæ magistratũ Pppuli Ro, abiecto honoris prætextu, alienigenæ religionis obscuratũ insignibus, p vrbẽ iussit incedere. omnes aũt hi suæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipsi sustinuerũt. vel alios perpeti coegerunt.

DE SATVRNINO VETVLIONE,

Aliquãto speciosius sententijs Saturnini Vetulionis in eodẽ genere casus, vltimæ sortis auxiliũ. Qui cũ a triũuiris inter proscriptos nomẽ suũ, populũ audisset, cõtinuo prætextæ insignia inualit, præcedẽtibusq; in modũ lictorũ et apparitorũ publicorũ seruis subornatis vehiculã cõprehendit. hospitia occupauit, obtutos summouit, ac tam audaci vsurpatione impũ, in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras effudit. Idẽ vt Puteolos venit

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/194-1
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



perinde vt publicũ ministeriũ agens summa cum licẽcia correptis nauibus in Siciliã certissimũ tũc ꝓscriptorũ profugiũ penetrauit, his vno adiecto leuioris notæ exemplo, ad externa reuertar,

DE AMORE CVIVSDAM PATRIS IN FILIVM,

Amantissimus quidã filij, cũ eũ incõcessis ac periculosis facib⁹ accensum ab insana cupiditate pater inhibere vellet. salubri consilio patriam indulgentiã temperauit, petijt enim vt priusq̃ ad eam, quã diligebat. iret, vulgari. ac permissa venere vteretur. cuius precibus obsecutus adulescens infœlicis animi impetum facietate licentis concubitus resolutum ad id quod non licebat tardiorẽ. pigrioremq; afferens paulati deposuit, DE QVODAM asinario, Cum Alexander macedonũ Rex. forte monit⁹, vt rum q sibi porta egresso primus occurrisset, interfici iuberet. Asinariũ forte sibi obuiã factũ, ad mortẽ arripi imperauit. eoq; quęrente quidnã se immerentẽ capitali supplicio. innocentẽq; addiceret? cũ ad excusandũ factũ suũ oraculi præceptũ retulisset. asinarius si ita est (inquit) rex. aliũ sors huic morti destinauit, nam asellus quem ego ante me agebã prior tibi occurrit, delectatus Alexander & illius tam callido dicto. q ab errore ipse reuocatus erat, occasionem in aliquanto viliore animali expiandæ religionis rapuit, summa iu hoc cũ calliditate mansuetudo, summa quoq; in alterius regis equisone calliditas,

DE DARIO REGE.

Sordida Magorum dominatione Perside oppressa, Darius rex adiutorib⁹ eiusdẽ dignitatis assumptis pactũ cum pręclari operis consortibus fœcit, vt equis insidentes Solis ortu, cursum in quendã locum dirigerent isq; regno potiretur, cuius equus in eo prim⁹ hinnisset. cęterũ maxime mercedis conpetitoribus fortunæ beneficium expectantibus. solus acumine Equisonis sui Ebaris ꝓsperũ exoptatæ rei effectum assecutus est. q quũ in equæ genitalẽ partẽ demissã manũ. cũ in eũ locũ ventũ esset, narib⁹ equi admouit, q̃ odore irritatus aũ oẽs hinitũ edidit, auditoq; eo sex reliq sũmę ptãtis cõtinuo equis delapsi candidati (vt mos est persarũ) humi prostratis corporib⁹ Dariũ regem salutauerũt. quantũ imperiũ q̃ paruo interceptũ est vaframento,

DE BIA PRIENENSI.

Bias autẽ cuius sapientia diuturnior inter hoies est q̃ patria Priene fuit (Si-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



qdem hic etiã nũc spirat, illius perinde atq; extinctæ vestigia tm̃modo extãt ita aiebat oportere hoĩes in vsu amicitiæ versari, vt meminissent eam ad grauissimas inimicitias posse cõuerti, q̃d qdẽ p̃ceptũ prima spetie nimis fortasse callidũ videat inimicũq; simplicitati qua p̃cipuæ familiaritas gaudet. sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, p q̃ vtile reperiet.

DE ANAXIMENE PRECEPTORE ALEXANDRI,

Lampsacenæ vero vrbis salus vnius vaframẽti beneficio cõstitit, nã cum ad excidiũ eius summo studio Alexãder ferret, ꝓgressumq; extra mœnia Anaximenẽ p̃ceptorẽ suũ vidisset, qa manifestũ erat futurũ vt preces suas iræ eiꝰ opponeret nõ facturũ se quod petisset iurauit, tũc Anaximenes. peto (inqt) vt Lampsacũ diruas. hæc velocitas sagacitatis oppidũ vetusta nobilitate inclytũ. exitio cui destinatũ erat subtraxit.

DE DEMOSTHENE,

Demosthenis quoq; astutia mirificæ cuidã ancillę succursum ẽ. quę pecuniã depositi noĩe a duobꝰ hospitibꝰ acceperat ea conditione vt illã simul vtrisq; redderet. quorũ alter interiecto tp̃e tanq̃ mortuo socio squalore obsitus, deceptæ oẽs nũmos abstulit, supuenit deinde aliter. & depositum petere cœpit. herebat misera in maxima pariter & pecuniæ & defensionis penuria. Iamq; de laqueo & suspẽdio cogitabat, sed oportune demostenes ei patronꝰ affuit qui vt in aduocationẽ venit mulier (inqt) parata est depositi se fidẽ soluere. sed nisi sociũ adduxeris, id facere non potest. quoniã vt ipse vociferaris, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeret.

DE QVODAM VIRO ATHENIENSI,

Ac ne illud quidẽ parũ prudenter. quidã Athenis vniuerso populo inuisus, causam apud eum capitali crimine dicturus. maximũ honorẽ subito petere cœpit, nõ q̃d speraret se illũ cõsequi posse, sed vt haberẽt homines. vbi ꝓcursum iræ, qui acerrimus esse solet, effunderẽt, neq; eũ tam callidi cõsilij ratio fefellit, comitij em̃ clamore infesto, & crebris totius cõcionis sibilis vexatꝰ nota etiam denegati honoris perstrictus, eiusdẽ plebis paulo post in discrimine vitæ clemẽtissima suffragia exptus est, Quod si adhuc ei vltionem sitienti capitis sui periculũ obiecisset. nullã partẽ defensionis odio obseratæ aures reciperent, huic vaframento consimilis illa calliditas,

DE ANNIBALE,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a1019/196-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE VAFRE DICTIS ET FACTIS,

Annibal a duillio Cõsule nauali prælio victus, timẽsq; classis amissæ pœnas dare, offensam astutia mire auertit. Nam ex illa infelici pugna prius q̃ cladis nuncius domũ peueniret, quendã ex amicis cõpositũ, & ornatũ Carthaginẽ misit, qui postq̃ ciuitatis eius curiã intrauit, cõsulate inquit vos, Annibal cũ dux Romanorũ magnas secũ maritimas trahens copias aduenerit an cũ eo confligere debeat, acclamauit vniuersus senatus non esse dubiũ quin oporteret. tum ille, cõflixit (inquit) & superatus est. Ita liberum his non reliqt id factũ dãnare, q̃d ipsi fieri debuisse iudicauerãt. DE ANNIBALE,

Idem Annibal Fabiũ Maximũ inuictã armoq; suorũ vim saluberrimis cũctationibus pugnæ iudicantẽ. vt aliqua suspitione trahendi belli respgeret totius Italiæ agros, ferro, atq; igni vastando, vnius eius fundũ immunẽ ab hoc iniuriæ gñe reliquit, pfecisset aliquid tanti beneficij insidiosa adumbratio ei⁹, nisi Romanæ vrbi, & Fabij pietas, & Annibalis Vafri mores fuissent notissimi. DE TVSCVLANIS,

Tusculanis etiã acumine cõsilij incolumitas parta est, cũ essẽ crebris rebellationibus meruissent, vt eorũ vrbẽ funditus Romani euertere vellent, atq; ad id exequẽdũ Furius Camillus Maximus dux, validissimo instructus exercitu venisset, vniuersi ei togati obuiã pcesserunt, cõmeatusq;, & cætera pacis munia benignissime pstiterũt, armatũ etiã intrare mœnia passi sunt. nec vultu, nec habitu mutato, quã cõstantia tã quillitatis non solũ ad amicitiæ nãe ius, sed etiam ad cõmunionẽ ciuitatis vsq; penetrauerunt, Sagaci Herde vsi simplicitate, qũ apertius esse intellexerãt, metũ officijs dissimulare, q̃ armis ptegere. DE TVLLO DVCE VOLSCORVM,

At Volscorũ ducis Tulli execrabile cõsilium, qui ad bellum inferẽdũ Romanis Maxima cupiditate accẽsus, cũ aliquot aduersis pliis contusos animos suorũ, & ob id paci, pniores animaduerteret, insidiosa ratione q̃ volebat cõpulit, nã cũ spectandorũ ludorũ gratia magna Volscorũ multitudo Romã cõuenisset Cõsulibus dixit, vehemẽter se timere neqd hostile subito molirẽtur monuitq;, vt essent cautiores. & ptinus ipse vrbe egressus est, Quã rem Cõsules ad senatũ retulerunt, q tametsi nulla suspicio suberat, autoritate tñ Tulli cõmot⁹, vt añ noctẽ Volsci abirẽt, decreuit, q̃ cõcumelia irritati, facile impelli potuerũt ad rebellandum, ita mendacium vertuti ducis, simulationis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG urn:nbn:de:bsb:20-35a1039/197-7 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

beneuolentiæ inuolutū duos simul populos fefellit, Romanum vt insontes notaret. Volscum vt deceptis irasceret,

STRATEGEMATA, CAPVT QVARTVM,

Illa vero calliditatis egregia, & ab omī reprehēsione ꝓcul remota. cuius opera qa appellatiōe nr̄a vix apte exprimi possunt, græca ꝓnūtiatione Strategemata dicant,

DE TVLLO HOSTILIO,

Omnibus militaribus copijs Tullo Hostilio Fidenas aggresso. quæ surgētis impi nostri incunabula crebris rebellationibus torpere passæ non sunt. finitimisq; tropheis, ac triūphis alitā virtutē eius, spes suas ꝓmouere vlteriꝰ docuerunt, Metius Suffetius dux Albanorū, dubiā & suspectā sp̄ societatis suæ fidem repente in ipsa acie detexit. detecto eñ Romani exercitus latere, in ꝓximo colle cōsedit, ꝑadiutore speculator pugnæ futurus, vt aut victis insultaret. aut victores fessos aggrederet. nō erat dubiū qn ea res militū nostrorū anios debilitatura esset, cū eodē tēpore & hostes cōfligere, & auxilia deficere cerneret, Itaq; ne id fieret Tullus ꝓuidit. cōcitato eñ equo pugnantiū globos p̄currit, prædicās suo iussu secessisse Metiū. eumq; cū ipse signū dedisset imitasurū fidenatiū terga, quo impatoriæ artis cōsilio, metū fiducia mutauit, ꝓq; trepidatione, alacritate suorū pectora repleuit.

DE SEXTO TARQVINIO,

At ne cōtinuo a nostris regibus recedamus, Sextus Tarqnius Tarqnij filiꝰ indigne ferens q̄d patris viribus expugnari Gabij neqrent, valētiorē armis excogitauit rationē. q̄ iterceptū id oppidū Romano impio adijcerer. Subito nanq; sed ad Gabios cōtulit tanq̄ parētis sæuitiā, & verbera q̄ volūtate sua perpessus erat, fugiēs, ac paulatim vtriusquisq; fictis, & cōpositis blandicijs alliciendo beneuolentiam, vt apud omnes plurimum posset consecutus. familiarem suum ad patrem misit indicaturū, quēadmodū cūcta in sua manu haberet, & quæsiturū quid nā fieri vellet iuuenili calliditati senilis astutia respondit. Siquidē re eximia delectatus Tarqnius. fidei aūt nuntij parum credens, nihil respondit. sed ducto eo in Ortū. maxima, & altissima papauerū capita baculo decussit, cognito adulescēs silentio patris, simul ac facto, causā altius argumenti ꝑuidit. nec ignorauit precipi sibi, vt excellētissimum quēq; gabinorum. aut exilio summoueret. aut morte consumeret. ergo spo-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

liatā bonis ꝓpugnatoribus ciuitatē tantū non vinctis manibus ei tradidit;

DE ROMANIS,

Illud quoq; a maioribus, & cōsilio prudēter, & exitu fœliciter ꝓuisum, cū eiū vrbe capta Galli capitoliū obsiderēt, solāq; potiendi eius spem in fame eorū repositā animaduerterēt, pq̄ callido genere consilij Romani vsi, vnico perseuerantiæ irritamento victores spoliauerūt. panes eñ iacere cōpluribꝰ ex locis cœperūt. Quo spectaculo obstupefacti, infinitāq; frumenti abūdantiam nostris superesse credētes, ad pactionē omittendæ obsidionis compulerūt. Misertus est tunc ꝓfecto Iupiter Romanæ virtutis, præsidiū ab astutia mutuantis, cū summa alimētorū inopia proijci præsidia inopiæ cerneret. igitur vt Vafro, ita periculoso cōsilio salutarē exitū dedit, Idē Iupiter postea ꝑstantissimorū ducū nostrorū sagacibus cōsilijs ꝓpitius aspirauit, nam cū alterū Italiæ latus Annibal laceraret, alterū inuasisset. Asdrubal, ne duorū fratrum iunctæ copiæ intolerabili onere fessas simul res nostras vrgerēt, hinc Claudij Neronis vegetū cōsiliū. Illinc Liuij Salinatoris inclyta ꝓuidentia effecit, Nero eñ cōpresso a se in lucanis Annibale, præsentiā suā, qm̄ ita ratio belli desyderabat, mētitus hosti, ad opem ferendā collegæ ꝑ longū iter celeritate mira tetendit. Salinator in vmbria apud Metaurū flumen proximo die dimicaturus summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit, tribunos eñ a tribunis, centuriones a cēturionibus, eqtes ab eqtibus, pedites a peditibus excipi iussit. ac sine vlla tumultuatione, solo vix vnū exercitū capiente, alterū inseruit. q̄ euenit ne Asdrubal cū duobus se CONSS, ꝑliatuꝝ priꝰ sciret. q̄ vtriusq; virtute ꝓsternerēt, Ita illa toto terrarū orbe infamis punica calliditas. Romana elusa prudentia. Annibalem Neroni, Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

DE QVINTO METELLO CONSVLE.

Memorabilis etiā cōsilij. Q. Metellus, qui cū ꝓcōsul bellū in Hispania aduersus celtiberos gereret, vrbēq; Cōtrebiā caput eius gētis viribus expugnare non posset. intra pectus suum multū, ac diu cōsilijs agitatis, viam repperit q̄ propositū ad exitū ꝑduceret itinera magno impetu ingrediebat̄. deide alias atq; alias regiones petebat, hos obsidebat montes. paulo post ad illos transgrediebatur, cum interim tam suis omnibus, q̄ ipsis hostibus ignota erat

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND
35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



cã inopinatę ei⁹, ac subitę fluctuatõis, interrogatus q̃q̃ a quodã amicissimo sibi, qd ita sparsum & incertũ militiæ genus sequeret? absiste inquit istud quærere. nam si huius cõsilij mei interiorẽ tunicã cõsciã esse sensero cõtinuo eam cremari iubebo, Quorsum igit̃ ea dissimulatio erupit? aut quẽ finẽ habuit? postq̃ vero & exercitũ suũ ignorãtia, & totã Celtiberiã errore implicauit, cum alio cursum direxisset subito ad Cõtrebiã reflexit eamq; inopinatã, & attonitã oppressit. ergo nisi mentẽ suã dolus scrutari coegisset, ad vltimã ei senectutẽ apud mœnia Contrebiæ armato sedendũ foret,

EXTERNA DE AGATOCLE REGE SYRACVSARVM,

Agathocles autẽ Syracusarũ rex audacter callidus, cũ em̃ vrbẽ eius maiore ex parte Carthginenses occupassẽt, exercitũ suũ in Africã traiecit, vt metum metu. vim vi discuteret, neq; sine effectu, nam repentino eius aduentu ꝑculsi Pœni. libenter incolumitatem suam salute hostium redemerũt. pactiq; sunt vt eodẽ tpe & Africa Siculis, & Sicilia punicis armis liberaret, Agathocles autẽ Syracusarum mœnia si tueri ꝑseuerasset illa belli malis vrgerent, bona pacis fruenda, securæ Carthagini reliquisset, nũc inferendo quæ patiebatur dum alienas potius lacessit opes, q̃ suas tuetur, quo æquiore animo regnum deseruit, eo tutius accepit.

DE ANNIBALE,

Quid Annibal canneusem populi Romani aciẽ speculaturus, nonne prius q̃ ad dimicandũ descenderet, compluribus astutiæ cõplicatam laqueis, ad tã miserabilem perduxit exitũ? ante enim prouidit. vt et solem. & puluerem. q ibi vento multus excitari solet, aduersum haberet. deinde partem copiarum suarum inter ipsum prælij tempus de industria fugere iussit, quam cum a reliquo exercitu abruptam legio Romana sequeretur, trucidãdam eam ab ijs quos in insidijs collocauerat, curauit. Postremo quadringẽtos equites subornauit, qui simulata transitione petierunt, Consulẽ a quo iussi more transfugarum depositis armis in vltimam pugnæ partem secedere districtis gladijs, quos inter tunicas. & loricas abdiderant poplites pugnantiũ Romanorum ceciderunt, hæc fuit punica fortitudo, dolis & insidijs, & fallacia ĩstructa quæ nunc certissima circumuentæ virtutis nostræ excusatio est, quoniã decepti magis. q̃ victi sumus.

DE REPVLSIS. CAPVT QVINTVM,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039.000-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE REPVLSIS,

Ampi quoq; repreſentata conditio, ambicioſã ingredientes viam, ad fortius ſuſtinendos parũ proſperos comitiorũ euentus vtiliter inſtruxerit. quia ꝓpoſitis ante oculos clariſſimorum virorũ repulſis, vt non minore cum ſpe honoris, ita prudẽtiore cũ animi iudicio petẽt. meminerit q; nefas non eſſe, aliquid ab omnibus vni negari, cum ſæpenũero ſinguli cunctorũ volũtatibus reſiſtere fas eſſe duxerint, ſcientes etiã paciẽtia q̃ri debere, quod gratia impetrari nequierint,

DE Q. AELIO TVBERONE,

Q. Aelius Tubero a Q. Fabio Maximo epulũ Po. Ro. nomie. P. Africani patrui ſui dante rogatus. vt tricliniũ ſterneret. lectulos punicanos pellib⁹ hedinis ſtrauit, & pro argenteis vaſis ſamia expoſuit, cuius rei deformitas ſic omnes offendit, vt cũ alioq; vir egregius haberet, comitiiſq; ꝑtoriis cãdidat⁹ in cãpum L. Paulo auo. & P. Africano auunculo nixus deſcẽdiſſet, repulſa inde abiret notatus. nam vt priuatim ſemp cõtinẽtiã ꝓbabãt ita publice maxima cura ſplendoris habita eſt. quocirca vrbs noſtra non vnius cõuiuij numerũ, ſed totã ſe in illis pelliculis iacuiſſe credẽs, ruborẽ epulis ſuffragijs ſuis vindicauit,

DE P. SCIPIONE NASICA,

P. autem Scipio Naſica togatæ potẽtiæ clarũ lumẽ, is q Conſul Iugurthæ bellum indixit. qui matrẽ Idæam e phrygijs ſedibus ad noſtras araſ. focoſq; migrantẽ ſanctiſſimis manibus excepit, qui multas, & peſtiferas ſeditiones autoritatis ſuæ robore oppreſſit, quo principe ſenatus aliquot annos gloriatus eſt. cum ædilitatẽ currulẽ adulescẽs peteret, manũq; cuiuſdã ruſtico ope duratã, more candidatorũ tenacius apprehendiſſet, ioci gratia interrogauit eum, num manibus ſolitus eſſet ambulare, Quod dictũ a circumſtantibus exceptũ. ad populũ manauit, cauſamq; repulſę Scipioni attulit, omnes nanq; ruſticæ tribus paupertatẽ ſibi ab eo exprobratã iudicãtes. iram ſuam aduerſus cõtumelioſam eius vrbanitatem diſtrinxerũt. Igit̃ ciuitas noſtra nobiliũ iuuenum ingenia ab inſolentia reuocãdo. magnos. & vtiles ciues fecit, honoribuſq; nõ patiẽdo eos a ſcurris peti, debitũ autoritatis pond⁹ adiecit,

DE LVCIO AEMILIO PAVLO,

Nullus error talis in L. Aemilio, P. conſpectus eſt. Sed tamẽ aliquoties fruſtra cõſulatũ petijt, Idẽq; cum iam campũ repulſis ſuis fatigaſſet, bis cõſul &

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Censor factus est, amplissimũ etiã dignitatis gradũ obtinuit. cuius virtutẽ iniurię nõ fregerũt. sed acuerũt, qm̃ q̃dẽ nota ipsa accẽsam cupiditatẽ summi honoris ardentiorẽ ad comitia detulit. vt populũ. quẽ nobilitatis splendore. & animi bonis mouere nõ potuerat, ꝑtinacia vinceret,

DE QVINTO CECILIO METELLO,

Q. aũt Cæciliũ Metellũ, pauci, & mœsti amici cõsulatus repulsa afflictũ tristitia, ac rubore plenũ. domũ reduxerũt, eundẽ de pseudo Philippo triũphãtem vniuersus senatus lætũ. & alacrẽ in capitoliũ ꝓsecutus est, Achaici etiam belli, cui summã manũ L, Mumius adiecit, maxima pars ab hoc viro ꝓfligata est, ei ne ergo populus cõsulatũ negare potuit? cui mox duas clarissimas ꝓuincias aut daturus erat, aut debiturus Achaiã. & Macedoniã? & quidem hoc facto, meliore eo ciue vsus est, intellexit em̃ q̃ industrie sibi gerend⁹ esset cõsulatus, quẽ tanto labore impetrari senserat,

DE LVCIO SYLLA,

Quid tam excellẽs, quid tam opulẽtum, q̃ꝫ Lu. Sylla? diuitias, & imperia largitus est, leges vetustas abrogauit, nouas tulit, hic quoq; in eodẽ cãpo, cui⁹ postea dominus extitit, repulsa præturæ sugillatus est, omnia loca petiti honoris siq; modo deorũ formã, & imaginẽ futuræ eius potẽtiæ Po, Ro, rep̃sentasset, impetraturus,

DE M, PORCIO CATONE,

Sed vt comitiorũ maximũ crimẽ referã, M, Porcius Cato plus morib⁹ suis p̃turæ decoris adiecturus. q̃ꝫ p̃texta eius splẽdoris ipse laturus cõseq illã apopulo aliq̃n nõ potuit, proxima demẽtiæ suffragia, q̃ q̃dẽ satis graues pœnas erroris sui pepẽderũt, qm̃ quẽ honorẽ Catoni negauerãt, Vatinio dare coacti sunt. Ergo si vere æstimare volum⁹ nõ Catoni tũc p̃tura, sed p̃turę Cato negatus est,

DE NECESSITATE, CAPVT SEXTVM,

a Bominandæ q̃q; necessitatis amarissimæ leges, & truculẽtissima imperia, tum vrbẽ nostrã, tum etiam exteras gentes, multa nõ intellectu tantum, sed etiam auditu grauia. perpeti coegerunt, Nam aliquot aduersis prælijs secundo punico bello exhausta militari iuuentute Romana. senatus autore Tibe, Gracco Consule censuit, vti publice serui aduersus ꝓpulsandorũ hostium impetum emerentur eaq; de re per Tribunos Plebis apud populum lata rogatione tres creati sunt viri qui quatuor & viginti

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9.202-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE NECESSITATE,

milia seruorũ cõparauerũt. adactosq; iureiurando strennuã se fortemq; operam daturos, q̃ad pœni essent in Italia datis armis in castra miserũt, Ex Appulia etiã & a Fidiculis septuaginta atq; ducẽti ad supplemẽtũ eq̃tatus sunt empti, Quanta violentia est casus acerbi? Que ciuitas ad id tempus ingenuę quoq; originis capitecẽsos habere milites fastidierat eadẽ cellis seruilibus extracta corpora. & a pastoralibus casis collecta mancipia. velut p̃cipuũ firmamentũ exercitui suo adiecit, Cedit ergo interdum generosus spũs vtilitati. & fortunæ viribus succũbit, vbi nisi tutiora cõsilia legeris, speciosa sequenti cõcedendũ est,

DE CIVITATE ROMANA,

Cannensis aũt clades adeo vrbẽ nostrã vehementer cõtudit. vt opa, M, Iunij dictaturã Reip, administrãtis spolia hostiũ affixa tẽplis, deorũ numini cõsecrata, instrumenta militiæ futura cõuellerenẽ, ac prætextati pueri arma induerent. adiudicatorũ etiã & capitali crimĩe dãnatorũ sex milia cõscriberenẽ, q̃ si p̃ se aspicianẽ, aliq̃d ruboris habeãt, sin ãt admotis necessitatis viribus põderenẽ. sæuitiæ tp̃is cõuenientia p̃sidia videanẽ,

DE EADEM CIVITATE,

Propter eandẽ cladẽ, senatus Octacilio, q Siciliã, Cornelio Mãmulæ, qui Sardiniã, ꝓprætores obtinebãt. querẽtibus quod neq; stipẽdiũ, neq; frumẽtum classibus eorũ, & exercitib⁹ socij p̃berẽt, affirmãtib⁹ etiã ne habere q̃dẽ eos vnde id p̃stare possent, rescripsit, ærariũ longinq; expẽsis nõ sufficere, ꝓinde, quo pacto tantæ inopiæ succurrendũ esset, ipsi viderẽt. his literis q̃d aliud quã imp̃ij sui gubernacula e manibus abiecit? Siciliãq;, & Sardiniam. benignissimas vrbis nostræ nutrices. gradus, & stabilimẽta bellorũ, tã multo sudore, & sanguine in potestatẽ redactas, paucis verbis, ita scilicet necessitate iubente dimisit,

DE CASILINATIBVS,

Eadẽ casilinates obsidiõe Annibalis clausos, alimẽtorũq; facultate defectos lora necessarijs vinculorũ vsibus subducta, eq; scutis detractas pelles feruẽti resolutas aqua, mãdere voluisti, Quid illis si acerbitatem casus intucare miserius? si cõstantiã respicias, fidelius? q̃ ne a romanis desciscerent, tali vti cibi genere sustinuerũt. Cũ pinguissima arua sua, fertilissimosq; cãpos mœnib⁹ suis subiectos intuerenẽ, itaq; Cãpanæ vrbis. q̃ punicã feritatem delitijs suis cupida fouit, in ꝓpinquo situm Casilinũ moderatum virtute, clarum ꝑseue

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



rāris amicitię pignore impios oculos verberauit. DE PRENESTINIS

In illa obsidione & fide, cū trecēti p̄nestini p̄manerēt, euenit, vt ex his quidā mutē captū ducētis potius denarijs vēdere, q̄ ipse leniēdæ famis gratia consumere mallet. Sed credo deorū, puidētia effectū vt & venditori, & emptori quē vterq; merebat, exitū attribuerit. Auaro enī fame cōsumpto, manubijs sordium suarum frui non licuit. Aequi animi vir, ad salutarē impētam faciendam, care quidem, verum necessarie cōparato cibo vixit,

DE CIVITATE ROMANA,

C. aūt Mario & Cn. Carbone Cōsulibus bello ciuili cū L. Sylla dissidētib⁹ quo tēpore nō Reip. victoria quærebat, sed p̄miū victoriæ res erat publica, senatusc̄ consulto aurea, atq; argētea tēplorū ornamēta, ne militibus stipendia deessent, cōflata sunt, digna eīn causa erat, hāc ne, an illi crudelitatem suā, p̄sertim cōtra ciuīū faciarēt, vt dīj immortales spoliarent. nō ergo cōscriptorq; voluntas, sed terrimę necessitatis truculēta manus illi cōsulto stilū suū impressit,

DE DIVO IVLIO,

Diui Iulij exercit⁹, id est inuicti ducis inuicta dextera, cū armis Mundā claussisset, aggericq; extruēdo materia deficeret, cōgeriē hostiliū cadaueriq; quā de syderauerat altitudinē, instruxit, eāq; tragulis, & pilis qa roborex fides derant, magistra nouæ molitionis necessitate vsus vallauit,

DE DIVO AVGVSTO,

Atq; vt diuinā filij mentionē, cęlestis patris recordationi subnectā, cū effusurus se in nostras p̄uincias Parthorū Rex Phraates videret, vicinaq; imperio eius regiones subita inducti tumultus denūtiatione quaterent. tanta in Bosphorano tractu cōmeatus penuria incessit. vt sex millibus denarijs, singula vasa olei, frumēticq; modijs totidē mācipia p̄mutarent. sed amarissimā tempestatē Augusti cura, tutelæ tūc terrarū vacans, dispulit,

EXTERNA, DE CRETENSIBVS,

Cretēsibus nihil tale p̄sidij affulsit, q obsidione Metelli ad vltimā vsq; penuriā cōpulsi, sua tumētorūq; suorū vrina sitim torserūt. iust⁹ dixerim q̄s fuisse tauerūt, qa dū vinci timēt, id passi sunt, q̄de os ne victor qdē pati coegisset.

DE NVMANTINIS,

Numātini aūt a Scipione vallo, & aggere circūdati, cū oia quæ famē eorum

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-bsb10190204-3
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE TESTAMENTIS QVE RECISSA SVNT,

trahere poterãt cõsumpti essent ad vltimũ hũanorũ corporũ dapib⁹ vsi sunt, q̃propter capta iã vrbe, cõplures inuẽti sunt art⁹, & mẽbra trucidatorũ corporũ sinu suo gestãtes, nulla ẽ in his necessitatis excusatio, nã qb⁹ mori licuit sic viuere necesse non fuit. DE CALIGVRITANIS,

Horũ trucẽ ptinaciã in cõsimili facinore caliguritanorũ execrabilis impietas supergressa est, qui quo plures interempti Sertorij cineribus obsidionẽ Co. Pompei frustrãtes fidẽ prestarent, quia nullũ iam aliud in vrbe eorũ supererat animal, vxores suas, natosq; ad vsum nefariæ dapis verterẽt. Quoq; diutius armata iuuentus viscera sua visceribus suis aleret, in fœlices cadaverum reliquias saluare non dubitauit. En quẽ aliquis in acie hortaret vt p̃ salute coniugũ & liberorũ fortiter dimicaret, ex hoc nimirũ hoste tãto duci pœna magis, q̃ victoria petenda fuit, quia plus vindicatus libertatis, q̃ victus gloriæ afferre potuit, cũ omne serpentũ, ac ferarũ genus cõparatione sui titulo feritatis superet, nã q̃ illis dulcia vitæ pignora, p̃prio spiritu cariora sunt, ea caliguritanis prandia, atq; cœnæ extiterunt,

DE PESTAMENTIS QVE RESCISSA SVNT, Caput. vij,

Acemus nũc negotio, quod actorũ hois & præcipuæ curæ, & vltimi est temporis consideremusq; quæ testamenta aut rescissa sunt legitime facta, aut cũ merito rescindi possent, rata manserũt. quæ ve ad alios q̃ qui expectabant, honorẽ hæreditatis transtulerũt,

DE QVODAM MILITE,

Atq; ita, vt ea ordie, q̃ p̃posui exec̃r militãris cuiusdã p̃f, cũ de morte filij falsum e castris nũciũ accepisset, alijs hęredib⁹ scriptis decessit, pactis deide filiẽ pẽdijs adulescẽs domũ petit, errore pris, ipudẽtia amicorũ domũ sibi clausã repit, Quid eñ ulis iuerecũdi⁹ florẽ iuuẽtę p Rep, absumpserat, maximos labores, et plurima picula toleraverat, adueso corpore exceptas oũdebat cicatrices, & postulabat, ne auitos ei⁹ lares ociosa ipsi vrbi onera possiderẽt. Itaq; depositis armis coactus ẽ in foro togatã ingredi militiã acerbe cũ iprobissimis eñ hęredib⁹ de paternis bonis apud cẽtũuiros cõtẽdit, oñibusq; nõ solũ cõsilijs, sed etiã sentẽtijs superior discessit,

DE FILIO MANCI, CARSEOLANI EQVITIS ROMANI.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-bsb10190205-8
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Item M, Anci Carseolani splendidissimi equitis Romani filius a Suffenate auunculo suo adoptatus, testamẽtum naturalis patris, quo p̃terit⁹ erat, apd' cẽtumuiros rescidit, cum i eo Tullian⁹ Pompeij magni familiaris, ipso qdẽ Pompeio signatore, hæres scriptus esset, itaq; illi in iudicio plus cũ excellentissimi viri gracia, q̃ cũ parentis cineribꝰ negocij fuit, cæterũ quamuis vtraq; hæc aduersus se nitebantur. tamẽ paterna bona obtinuit. nã L, quidẽ Sextilius. & P, Popilius, quos M, Ancus sanguine sibi cõiunctos eadem ex parte qua Tullianũ hæredes fecerat, sacramẽto cum adulescentulo cõtendere ausi non sunt, tametsi p̃cipuis eo tempore Magni virbus ad defendẽdas tabulas testamẽti inuitari poterant, etsi aliquãtulũ adiuuabat hæredes, q; M, Anci filius in Suffenatis familiam, ac sacra trãsierat, sed arctissimũ inter hoies ꝓcreationis vinculũ patris simul voluntatẽ, & principis auctoritatẽ superauit.

DE TECTIO FILIO TECTII.

C. aũt Tectiũ infantẽ a patre exhæredatũ Petronia matre, quã Tecti⁹ quo ad vixit in matrimonio habuerat natũ. diuus Augustus in bona paterna ire decreto suo iussit. patris patriæ animo vsus, qñ Tectius in ꝓprio iure ꝓcreato filio, summa cũ iniquitate paternũ nomen abrogauit, Septicia q̃q; mater Trachalorũ Ariminensiũ filijs irata, in cõtumeliam eorꝝ, cũ iam parere non posset. Publio Seni admodũ nupsit, testamẽto etiã vtroq; preterito a q̃bus aditus diuus Augustus, & nuptias mulieris. & suprema iudicia improbauit, nam hæreditatẽ maternã filios habere iussit dotẽ. quia non creãdorꝝ liberorꝝ causa cõiugiũ intercesserat, virũ retinere vetuit. Si ipsa ęqtas hac de re cognoscere potuerit iustius ne, aut gratius ꝓnũtiaret? spernis quos genuisti, nubis effœta testamenti ordinẽ violento animo cõfundis, neq; erubescis ei totum patrimoniũ addicere, cuius polluto iam corpori marcidã senectutẽ tuã substrauisti, ergo dũ sic te egeris ad inferos vsq; cœlesti fulmine afflata es,

DE C. CALPHVRNIO PISONE,

Egregia quoq; Calpurnij Pisonis præfecti vrbis cõstitutio. cũ enĩ ad eum Terentius ex octo filijs, quos in adulescẽtiam ꝑduxerat, ab vno in adoptionem dato exhæredatũ se querelã detulisset. bonorũ adulescentis possessionẽ ei dedit, hæredesq; lege agere passus non est, monuit, ꝓfecto Pisonem patria maiestas. donũ vitæ, beneficium educationis, sed aliqd etiam ipsum flexit,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9206-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



circũstantiũ liberorũ numer⁹, quod cũ patre septem fratres impie exhæreda tos videbat,

DE GENVTIO QVODAM,

Quid Mamerci Aemilij Lepidi Cõsulis? q̃ graue decretũ, Genutius quidã matris magnæ Gallus a Cn. Oreste prætore vrbis impetrauerat, vt restitui se in bona Neniani iuberet quorũ possessionẽ secundũ tabulas testamẽti ab ipso acceperat, appellatus Mamercus a Surdinio. cuius libertus Genutium hæredẽ fecerat. prætoriã iurisditionẽ abrogauit. q̃d diceret Genutiũ amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neq; virorũ, neq; mulierũ numero haberi debere, cõueniẽs Mamerco, cõueniẽs principi senatus decretũ, q̃ ꝓuisum est, ne obscœna Genutij p̃sentia, inquataq; voce tribunalia magistratuũ sub specie petiti iuris polluerent. DE VETILIO LENONE,

Multo, Q. Metellus prætorẽ vrbanũ seueriorẽ egit. q̃ Orestes gesserat, qui Vetilio lenoni iuueni bonorũ possessionẽ secũdũ tabulas testamẽti nõ dedit qa vir nobilissimus, & grauissimus fori, ac lupanaris separãdã cõditionẽ exist. mauit Nec aut factũ illius cõprobare voluit, q fortunas suas in stabulum contaminatũ ꝓiecerat, aut huic tanq̃ integro ciui iura reddere. qui se ab oñi honesto vitæ genere abruperat,

DE TESTAMENTIS QVE RATA Mãserũt, Caput, VIII,

h Is rescissorũ testamentorũ exẽplis cõtenti, attingamus ea, q̃ rata manserunt, cum causas haberent propter quas rescindi possent,

Quam certæ, q̃ etiã notæ insaniç Tuditan⁹, vtpote qui populo numos sparserit, togamq; velut tragicã vestẽ in foro trahẽs, maximo cũ hominũ risu cõspectus fuerit. ac multa his cõsentanea fecerit. testamẽto filium instituit hęredem, q̃d T. Longus, sanguine et ꝓximus hastæ iudicio subuertere frustra conatus est, magis eñ centumuiri, quod scriptum esset in tabulis, q̃ quis eas scripsisset, cõsyderandũ existimauerũt,

DE EBVCIA CONTRA VXOREM, L. Menenij Agrippæ.

Vita Tuditani demẽs. Ebuciæ autẽ, quæ L. Menenij Agrippæ vxor fuerat tabulæ testamẽti plenæ furoris, nam cum haberet duas simillimæ probitatis filias Pletoniam, & Aphroniã animi sui potius indinatione prouecta. q̃ vllis alterius iniurijs aut officijs commota, Pletoniã tñmodo hæredẽ instituit filijs etiam Aphroniæ ex admodũ amplo p̃rimonio viginti numos legauit

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9207-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Aphronia tum cum sorore sacramẽto cõtendere noluit, testamẽtũq; matris pacientia honorare, q̃ iudicio cõuellere sanctius esse duxit, eo se ipsam indigniorem iniuria ostendens, quo eam æquiore animo sustinebat.

DE QVINTO METELLO,

Minus mirandũ errorẽ muliebrẽ Q. Metellus fecit, Is nanq; plurimis, & celeberrimis eiusdẽ nominis viris in vrbe nostra vigẽtibus claudiorũ etiã familia. q̃; arctissimo sanguinis vinculo cõtingebat florente Carinatẽ solũ hæredem reliquit, nec hoc testamentũ eius quisq̃; attentauit.

DE POMPEIO RHEGINO,

Item Pompeius Rheginus, vir trãsalpinæ regionis. cũ testamẽto fratris p̃teritus esset, & ad coarguẽdã iniqtatẽ eius binas tabulas testamentorũ suorũ in comitio incisas, habita vtriusq; ordinis maxima frequentia, recitasset, in q̃bus magna ex parte hæres frater erat scriptus, p̃legabatq; ei cẽties & q̃nq̃gies sestertiũ multũ ac diu inter assentiẽtes indignationi suæ amicos questus q̃d ad hastæ iudiciũ attinuit. cineres fratris q̃etos esse passus est, & erãt ab eo instituti hæredes, neq; sanguĩe rhegino pares, neq; ꝓximi sed & alieni & humiles, vt nõ solũ flagitiosum silẽtiũ, sed etiã p̃latio cõtumeliosa videri posset, æque fœlicis ĩpũitatis, sed nescio an tetrioris hæc delicti testamẽta.

DE Q. CECILIO ET LVCIO LVCVLLO. Caput, ix,

q Vint⁹ Cecili⁹ L. Luculli prõptissimo studio, maximaq; liberalitate, & honestũ dignitatis gradũ. & amplissimũ p̃rimoniũ consecutus, cum pręse sp̃ tulisset vnũ illũ sibi esse hæredẽ, moriẽs etiã annulos ei suos tradidisset, Pomponiũ Atticũ testamẽto adoptauit, omniũq; bonorũ reliq̃t hæredẽ, sed fallacis, & insidiosi cadauer P. Ro, ceruicibus reste circũdatũ p̃ viã traxit, Itaq; nefarius hõ filiũ quidẽ, & hæredẽ habuit, quẽ voluit, funus aũt & exeq̃as, quales meruit,

DE TITO MARIO VRINATE,

Neq; aliis dignus fuit, T. Marius Vrinas, qui ab infimo militię loco bñficijs diui Augusti imp̃atoris, ad summos castrẽses honores p̃ductus, eorumq; vberrimis quæstibus locuples factus, nõ solũ cęteris vitæ tẽporibus ei se fortunas suas relinquere, a quo accep̃at, p̃dicauit, sed etiã pridie. q̃ expiraret idẽ illud ip̃i augusto dixit. Cũ ĩterim ne nomẽ q̃dẽ ei⁹ tabulis testamẽti adiecerit.

DE L. VALERIO ET CORNELIO BALBO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9.20 8-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE INFAMIBVS REIS QVIBVS EX CAV, ABSO,

L, aũt Valerius cui cognomẽ Heptachordo fuit, togatũ hostẽ Cornelũ Balbum expetus, vtpote opa eius, & cõsilio, cõplurib⁹ priuatis vexatus litib⁹, ad vltimũq; subiecto accusatore capitali crimine accusatus, ꝑteritis aduocatis, & patronis suis, solũ hæredẽ reliqt, nimirũ cõfternatio, animũ eius trãsuersũ egit, amauit eũ sordes suas, & dilexit pericula, & damnationẽ votis expetiit autorẽ harũ rerũ beneuolentia, ꝑpulsatorẽ odio insecutus,

DE TITO BARRVLO, ET LENTVLO,

T, Barrulus Lentulo Spintheri, cuius amãtissimũ animũ, liberalissimamq; senserat amicitiã, decedẽs suos annulos perinde atq; vnico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredẽ relinquebat, quãtũ illo momẽto tẽporis cõscientia, si modo vires, quas habere credit, possider, a teterrimo homine supplicũ exegit, inter ipsam eũ fallacis, & ingratæ culpæ cogitationẽ, spiritũ posuit quasi tortore aliquo mentem eius interius cruciante, quod an aduertebat ꝑ vita ad mortẽ, trãsitũ suũ & supis dijs iniusum eõ, & inferis detestabilẽ futurũ,

DE M, POPILIO,

M, vero Popilius senatorij ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiarissimũ sibi, moriẽs pro vetusto iure amicitiæ, & vultu benigno respexit & verbis magnũ præ se amorẽ ferẽtibus ꝓsecutus est, vnum etiã de multis, q̃ adsidebant, vltimo cõplexu, & osculo dignum iudicauit, sempeq; annulos quoq; suos ei tradidit, videlicet ne quid ex ea hæreditate, quã non erat aditurus, amitteret, Quos Oppius vir diligens, sed morientis amici plenum commeliæ ludibrium, in locellum repositos, & a præsentibus assignatos, diligentissime hæredibus illius, exhæres ipse reddidit, Quid hoc loco inhonestius? aut quid intempestiuius? senator populi Ro, curia egressus, homo vltra fructibus continuo carituras, sanctissima iura familiaritatis morte ꝑsis oculis, & spiritu supinos anhelit⁹ reddẽte, scurrili lusu sugillãda sibi desũpsit.

VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS,

INFAMES REI QVIBVS EX CAVSIS ABSOLVTI, AVT DAMNATI SVNT. CAPVT PRIMVM,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG urn:nbn:de:bvb:20-35a10.39.209-4 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Vnc quoq;, vt æquiore animo ancipites Iudiciorum motus tolerent, recordemur in inuidia laborãtes qb⁹ de causis aut absoluti sunt, aut dãnati. M, Horatius interfectæ sororis crimine a Tullo rege damnatus, ad populum ꝓuocato iudicio absolutus est. quoꝝ alterũ attrocitas necis mouit, alterum causa flexit, quia immaturũ virginis amorẽ seuere magis, quam impie punitũ existimabat. Itaq; forti punitione liberata fratris dextera, tantũ consanguineo quantũ hostili cruore glorię haurire potuit, acrem se tunc pudicitię custodẽ Populus Ro. postea plus iusto placidũ iudicem præstitit,

DE SERGIO GALBA.

Cum a Libone, Tri, Ple. Sergius Galba ꝓ rostris vehementer increparet quod Lusitanorũ magnã manũ, interposita fide Prætor in Hispania interemisset, actionique tribunitiæ, M, Cato vltimæ senectutis. oratione sua, quã in originibus retulit. subscriberet, reus pro se iam nihil recusans, paruulos liberos suos, & galli sanguine cõiunctũ filiũ, flens cõmendare cœpit, eoq; facto mitigata contione. qui omniũ consensu periturus erat. pene nullum triste suffragium habuit. misericordia ergo illam quæstionẽ, non æquitas texit. qm̃ q̃ innocentiæ tribui nequierat absolutio, respectui puerorũ data est, consentaneum quod sequit.

DE A, GABINIO,

A, Gabinius in maximo infamiæ suæ ardore suffragijs populi Memmio accusatore subiectus, abruptæ esse spei videbatur quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat & defensionis præsidia, inualida fide nitebant, & q iudicabant ira perciti pœnã hominis cupide expectabant, Igitur lictor. & carcerante oculos obuersabant, cũ interim omnia ista ꝓpiciæ fortunæ interuẽtu depulsa sunt, filius nanq; Gabinij Sisenna, consternationis impulsu, ad pedes se Memmij supplex prostrauit, inde aliquod fomẽtum procellæ petens vnde totus impetus tẽpestatis eruperat, quem truci vultu a se victor insolens repulsum, excusso e manu annulo humi iacere aliquãdiu passus est, Quod spectaculũ fœcit, vt Lælius. Tri. ple, approbãtib⁹ cũctis Gabiniũ dimitti iuberet, ac documentũ daret, neq; secundarũ rerũ prouentu insolenter abuti, neq; aduersis ꝓpere debilitari oportere, idq; ꝓximo exẽplo æque patet,

DE APPIO CLAVDIO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE INFAMIBVS REIS QVIBVS EX CAV, ABSO,

Apius Claudius nescio religionis maior, an patriæ iniuria, siquidē illius ve tustissimū morē neglexit, huius pulcherrimā classem amisit, infesto populo obiectus, cū effugere debitā pœnā nullo modo posse crederet, subito coorti imbris beneficio tutus fuit a dānatione, discussa em̄ quæstiōe, aliā velut dijs interpellātibus de integro instaurari non placuit, Itaq; cui maritima tempestas causæ dictionē cōtraxerat. Cœlestis salutem attulit,

DE TVCIA VIRGINE DEE VESTE,

Eodē auxilij genere Tuciæ virginis Vestalis incesti criminis reæ castitas, infamiæ nube obscurata emersit, quæ cōscia certæ sincæritatis suæ. spē salutis ancipiti argumēto petere ausa est, arrepto em̄ cribro, Vesta. inqt, si sacris tuis castas semp admoui manus. effice, vt hoc hauriā ex Tyberi aquā & in ędē tuā pferā. audacter, & temere iactis votis sacerdotis. rex ip̄a natura cessit

DE LVCIO PISONE,

Item L, Piso a L, Claudio pulchro accusatus, quod graues, & intolerabiles iniurias socijs intulisset, haud dubię ruinę metū fortuito auxilio vitauit nāq; per id ip̄m tēpus. quo tristes de eo sentētiæ ferebant, repēntina vis nimbi incidit, cūq; pstratus humi pedes iudicū osculare t, os suū cœno repleuit. q̄d cōspectū totā questionē a seueritate ad clementiā. & māsuetudinem transtulit, quia satis iam graues pœnas socijs dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis, vt abijcere se tam suppliciter, aut attollere tam deformiter cogeret, subnectam duos accusatorū suorū culpa absolutos.

DE QVINTO FLAVIO,

Q, Flauius a G, Valerio ędile apud populū reus actus cū quatuordecim tribuū suffragijs dānatus esset, pclamauit se innocentē opprimi, cui Valerius ęque clara voce respondit. nihil sua interesse. nocens ne, an innoxius periret dūmodo periret. qua violētia dicti reliquas tribus aduersario donauit, abiecerat inimicū eundē, dum pro certo pessundatū credidit, erexit. victoriāq; in ipsa victoria pdidit,

DE CAIO COSCONIO.

Caiū etiā Cosconiū Seruilia lege reum, ppter plurima. & euidentissima facinora. sine vlla dubitatione nocentē, Valerij Valentini accusatoris eius recitatum in iuditio carmen, quo puerū p̄textatū, et ingenuā virginē a se corruptam poetico ioco significauerat, cōtexit. Siquidē iudices iniquū rati sunt

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



eum victorē dimittere, q palmā nō ex alio ferre, sed de se dare merebat, Magis ergo Valerius in Cosconij absolutione dānatus. q̄ Cosconius in causa sua liberatus est,

DE A, ATTILIO CALATINO,

Attingā eos quoq; quorū salus ꝓprijs obruta criminib⁹, ꝓximorū claritati donata est, A, Attiliū calatinū soranorū oppidi ꝓditione reū admodū infamem, imminētis dānationis piculo, Q. Maximi soceri pauca verba subtraxerūt, quibus affirmauit si in eo crimine sontem illum ipse cōperisset, direptu rum se fuisse affinitatē, cōtinuo eīm populus pene iam exploratā sententiam suam, vnius iudicio concessit, indignū ratus eius testimonio nō credere cui difficilis Reipublice tēporib⁹, bene se exercit⁹ credidisse meminerat,

DE M, AEMILIO SCAVRO,

M, quoq; Aemilius Scaurus repetūdarū reus. adeo perditā & cōploratā defensionē in iudiciū attulit. vt cū accusator diceret lege sibi cētū atq; viginti hominib⁹ denūciare testimoniū licere. seq; nō recusare, q̄ min⁹ absolueret, si tot idē noīasset. q̄bus in ꝓuincia nihil abstulisset, tam bona cōditiōe vti nō potuerit, tū ꝓpter vetustissimā nobilitatē, & recentē memoriā patris absolut⁹ est,

DE COTTA,

Sed quēadmodū splēdor amplissimorū virorū in ꝓtegēdis reis plurimū valuit, ita opprimēdis nō sane multū potuit. q̄n etiā euidēter noxijs dū eos acri⁹ impugnauit, ꝓfuit L. Scipio Aemilianus Cottā apud populū accusauit, cui⁹ causa quāuis grauissimis criminibus erat cōfossa, septies ampliata. & ad vltimū octauo iudicio absoluta est. q̄a hoies verebant ne prēcipuæ accusatoris amplitudini damnatio ei⁹ donata existimaret, q̄s hæc secū locutos crediderim, nolum⁹ caput alterius petentē in iudiciū, triūphos & trophæa, spoliaq; ac deuictarū nauiū rostra deferre. terribilis sit is aduersus hostē, ciuis vero salutē tanto fulgore gloriæ subnixus ne insequat. tā vehemētes iudices aduersus excellētissimū accusatorē, q̄ mites in longe inferioris fortunæ reo,

DE CALLIDIO BONONIENSI,

Callidius bononiēsis in cubiculo mariti nocte deprehēsus. cū ob id causam adulterij diceret, inter maximos. & grauissimos infamiæ fluctus emersit tanq̄ fragmentū naufragij, leue admodū genus defensionis amplexus. affirmauit eīm se ob amorem pueri sui eo esse ꝑductū, suspect⁹ erat locus. suspectum

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE INFAMIBVS REIS,

tempus. suspecta matrissamiliæ psona. suspecta etiam adulescentia ipsius, Sed crimen libidinis, confessio intemperantiæ liberauit.

DE CELIIS FRATRIBVS ET FILIIS TITI CELII,

Remissioris hæc. illud aliquanto grauioris materiæ exemplũ, Cũ parricidij causam duo fratres Cœlij dicerẽt, splẽdido Terracinę loco nati, quorũ pater Titus Cælius in cubiculo qescens, filijs altero cubãtibus lecto, erat interemptus, neq; aut seruus quisq̃. aut liber inueniret. ad quẽ suspicio cædis ptineret. hoc vno nomine absoluti sunt, qa iudicibus planũ factũ est illos aperto ostio inuentos esse dormiẽtes, somnus innoxiæ securitatis certissim⁹ index miseris opem tulit, Iudicatũ est eñ rerũ naturã nõ recipe, vt occiso patre, supra vulnera. & cruorẽ eius, quietẽ capere potuerint,

DE LVCIO SCIPIONE,

Percurremus nũc eos, qbus in causæ dictione magis que extra quæstionẽ erãt. nocuerũt, q̃ sua innocẽtia opẽ tulit. L, Scipio post speciosissimũ triumphum de rege Antiocho ductũ perinde ac si pecuniã ab eo accepisset. dãnatus est, nõ puto q pretio corruptus fuerat, vt illũ totius Asiæ dũm & iam Europæ victrices manus inijcientẽ, vltra Taurũ montẽ summoueret, sed alioq vir syncerissime vitæ. & ab hac suspitione ꝓcul remotus inuidiæ. quæ tũc in duorũ fratrũ inclytis cognominibus habitabat, resistere non potuit.

DE PVBLIO FVRIO,

At Scipioni qdem maximus fortunæ fulgor. G. aũt Deciano spectatæ integritatis viro vox sua exitiũ attulit. Nam cũ P. Furiũ inqnatissimæ vitę p rostris accusaret, qa q̃dã in parte actionis de morte Lucij Saturnini queri aus⁹ fuerat, nec reũ damnauit, & insup ei pœnas adiectas pepẽdit,

DE TITIO SEXTO,

Sextũ q̃q; Titiũ similis casus ꝓstrauit. erat innocẽs, agraria lege lata gratiosus apud populum, tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat. suffragijs eum tota cõcio oppressit,

DE CLAVDIA,

Adijciat his Claudia, quã insontẽ crimine, quo accusabat, votũ impiũ subuertit, quia cum a ludis domũ rediẽs turba elideret. optauerat. vt frater suus maritimarũ virium nostrarũ præcipua iactura reuiuisceret. sæpiusq; Cõsul factus infœlici ductu nimis magnã vrbis frequentiam minueret,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS,

DE MILITIO CNEO LOLIO, ET LVCIO SEXTILIO,

Possumus & ad illos breui diuerticulo trãsgredi, q̃s leues ob causas damnationis incursus abripuit M. Militius Cn, Loli⁹ L, Sextili⁹ triũuiri q̃d ad incẽdiũ ĩ sacra via ortũ extinguẽdũ tardi⁹ venerãt a Tr. Pl, die dicta ad populũ damnati sunt,

DS PVBLIO BILIO TRIVMVIRO,

Item P, Bilius triũuir nocturnus a P, Aquilio Tr, Pl, accusatus populi iudicio concidit. q̃a vigilias negligentius circũierat.

DE MARCO AEMILIO PORCINA

Admodum seueræ notæ & illud populi iudicium, cum M. Aemilium Porcinam a L, Cassio accusatũ crimine nimis sublime extructæ villæ in Alsiensi agro. graui mulcta affecit,

DE QVODAM,

Non supprimẽda illius quoq; dãnatio, qui pueruli sui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri vt omasum in cœnã fieri iuberet, cũ bubulæ carnis in ꝓpinquo emẽdæ nulla facultas esset, domito boue occiso. desyderiũ eius expleuit, eoq; nomine publica quæstione afflictus est, innocẽs nisi tam prisco seculo natus esset,

DE QVADAM MVLIERE q̃ matrẽ interfecit,

Atq; vt eos quoq; referamus. qui in discrimen capitis adducti neq; damnati neq; absoluti sunt, apud M. Popiliũ Lennatẽ prætorẽ. quædã q̃ matrẽ ꝑcussam fuste interemerat, causam dixit, de qua neutrã in partẽ latæ sentẽtiæ sũt quia abundæ cõstabat eandem veneno necatorũ liberorũ dolore cõmotam quos auia filiæ infensa sustulerat, parricidiũ vltam parricidio esse. quorũ alterum vltione. alterũ absolutione non dignũ⁹ iudicatũ est,

DE QVADAM MVLIERE que virũ, & filium interemit,

Eadẽ hæsitatione Publij quoq; Dolobellæ ꝓconsulari imꝑio Asiã obtinentis animus fluctuatus est. mater familias Smyrnæa virũ, & filiũ interemit, cũ ab ijs optimæ indolis iuuenẽ, quẽ ex priore viro enixa fuerat, occisum cõperisset, quã rem Dolobella ad se delatã Athenas ad Areopagi cognitionẽ relegauit, q̃a ipse neq; liberare cædibus duabus cõtaminatã, neq; punire eam iusto dolore impulsam, sustinebat, consyderanter & mansuete Populi Ro, magistratus, sed Areopagitę quoq; nõ minus sapienter. qui inspecta causa & accusatorẽ. & ream post centũ annos ad se reuerti iusserunt. eodẽ affectu moti quo Dolobella, sed ille transferendo quæstionem. hi differendo dam-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

DE PRIVATIS IVDICIIS,

nandi, atq; absoluendi, inexplicabilem cunctationem mutabant,

DE PRIVATIS IVDICIIS, CAPVT SECVNDVM,

P Vblicis iudicijs adijciã, quorũ magis æquitas quæstionum delectare, q̃ immoderata turba lectorem offendere poterit, Claudius centũmalus ab auguribus iussus altitudinem domus suæ, quã in Cælio mõte habebat. summittere, quia his ex arte auguriũ capientibus officiebat. vendidit eam Calphurnio lanario, nec indicauit. quod imperatum a collegio augurum erat, a quibus Calphurnius demoliri domũ coactus M. Porciũ Catonem inclyti Catonis p̃rem arbitrũ cũ Claudio adduxit, vt formulã daret, qd sibi de ea re facere oporteret ex fide bona, Cato vt est doct⁹, de industria Claudiũ edictũ sacerdotũ supp̃ssisse, cõtinuo illũ Calphurnio dãnauit. sũma quidẽ cũ æqtate qa bonæ fidei vẽditorẽ, nec cõmodorũ spẽ augere, nec incõmodorũ cognitionẽ obscurare oportet, Notũ suis tẽporibus iudiciũ cõmemorauí sed nec quod relaturus quidẽ sum, obliteratũ est silentio,

DE C, VISELIO,

C, Viselius Varro graui morbo correptus trecenta milia nũmum ab Octacilia laterẽsi. cum q̃ cõmertiũ libidinis habuerat, expẽsa ferri sibi passus ẽ, eo cõsilio vt si decessisset, ab hæredib⁹ eã summã peteret. quã legati gen⁹ esse voluit, libidinosam liberalitatẽ debiti noĩe colorãdo, euasit deinde ex illa tẽpestate aduersus vota Octacilæ. quæ offensa q̃ spem prædæ suæ morte nõ maturasset, ex amica obsequẽti subito districta fœneratricẽ agere cœpit numos petendo. q̃s vt fronte inuerecũda. ita inani stipulatiõe captauerat, de q̃ re Caius Aqlius vir magnæ autoritatis, & sciẽtia iuris ciuilis excellẽs, iudex adductus. adhibitis in cõsiliũ principibus ciuitatis. prudẽtia. & religiõe sua mulierem repulit, Quod si eadẽ formula & Varro dãnari, et aduersaria absolui potuisset, eius q̃q; nõ dubito qn turpẽ & incõcessum errorẽ libẽter castigatur⁹ fuerit, nũc priuatæ actiõis calũniã ipse cõpescuit adulterij crimẽ publicæ q̃stioni iudicandũ reliqt.

DE CAIO MARIO,

Multo animosius. & vt militari spiritu dignũ erat, se in consimili gñe iudicij C. Marius gessit. nã cũ Caius Ticinius minturnẽsis Fanniã vxorẽ, quã ĩpudicã de industria duxerat, eo crimine repudiatã, dote spoliare conareĩ, sumptus inter eos iudex, in cõspectu habita quæstione. seductũ Ticiniũ monuit

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

vt incepto desisteret, ac mulieri doctè redderet, Quod cũ sæpe frustra fecisse coactus ab eo sententiã pronuntiare. mulierẽ impudicitiæ sestertio numo Ticinium summa totius dotis dãnauit, pfatus, ideo se hũc iudicãdi modũ secuũ qliqueret sibi Ticiniũ patrimonio Fanniæ insidias struentẽ impudice cum iugũ experisse, Fannia aũt hæc est. quæ postea Mariũ hostẽ a senatu iudicatum, cœnoq; paludis, qua extractus erat oblitũ, etiã in domũ suã custodiendũ Minturnis deductũ ope quãtacũq; potuit, adiuuit, memor q impudica suis moribus. q dotem seruasset. illius religioni acceptũ ferri debere

DE QVODAM DAMNATO FVRTI,

Multus sermo eo etiam iudicio manauit. in quo quidam furti damnatus est. q equo, cuius vsus illi vsq; Aricia cõmodatus fuerat. vlteriore ei municipij cliuo vectus esset Quid aliud hoc loci, ẽj verecũdiam illius seculi laudemus? in quo tam minuta a pudore excessus puniebant,

QVE MVLIERES APVD MAGISTRATVS PRO SE AVT ALIIS CAVSAS AGERENT, CAPVT, TERTIVM,

Nde his qdẽ fœminis tacendũ est, quas cõditio naturæ, & verecũdiæ stola vt in foro, & iudicijs tacerẽt, cohibere nõ valuit Amelia prætoris sententia rea, causam suam Lucio Titio prætore iudiciũ cogẽte populi maximo cõcursu egit, motusq; omnes, ad neruos defensionis non solũ diligenter, sed etiam fortiter executa, & prima actione, & fere cunctis sententijs liberata est, quam quia sub specie fœminæ virilem animum gerebat Androgynem appellabant.

DE AFFRANIA VXORE LICINII BRVCTIONIS,

Cata affrania vero Licinij Bructionis vxor prompta ad lites contrahẽdas, pse sp apud ptorẽ verba fecit, tion q aduocatis deficeret, sed ꝙd impudẽtia abũdabat, Itaq; inusitatis foro latratibus assidue tribunalia exercẽdo ad multebris calũniæ notissimũ exẽplũ euasit, adeo vt, p crimine improbis fœminarum moribus C. Affraniæ nomẽ obijciat. progauit aũt spiritũ suum ad C, Cæsarẽ tertiũ, iterũq; Seruilũ Cõsulẽ. tale eñ monstrũ magis q tẽpore extinctũ, ẽj quo sit ortũ, memoriæ tradendũ est,

DE HORTENSIA FILIA QVINTI HORTENSII,

Hortẽsia vero Q. Hortensij filia, cũ ordo matronarũ grauj tributo a trium-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a10.39.216-9
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



viris esset oneratus. nec quisquã virorũ patrociniũ eis accommodare auderet, causam fœminarũ apud triũuiros, & cõstanter. & fœliciter egit, representata eñ patris facũdia, impetrauit vt maior pars imperatę pecunię his remitteret, Reuixit cũ muliebri stirpe Q, Hortensius, verbisq; filiæ aspirauit, cui⁹ si virilis sexus posteri vim seq voluissent, Hortẽsianæ eloquẽtiæ tanta hereditas vna fœminæ actione abscissa non esset,

DE QVESTIONIBVS. CAPVT QVARTVM,

a Tq; vt omẽs iudiciorũ numeros exequamur, quæstiones. q̃bus aut creditũ non est. aut temere habita fides est, referam⁹. M, Agrij Argentarij seruus Alexandrũ Titi Fannij seruũ occidisse insimulatus est, eoq; nomine tortus a domino admisisse id facinus constantissime asseuerauit. Itaq; Fannio deditus, supplicio affectus est. paruulo deinde tẽpore interiecto, ille cuius de nece creditũ erat. domũ redijt.

DE ALEXANDRO SERVO FANNII,

Contra Fannij Seruus Alexander cũ in hãc suspicionẽ C, FL, equitis Romani occisi venisset, septies tortus ꝑnegauit ei se culpæ affinem fuisse. sed perinde atq; confessus. & a iudicibus damnatus, & a L, Calpurnio triumuiro in crucem actus est,

DE FVLVIO FLACCO.

Item Fuluio Flacco causam dicẽte, Philippus seruus eius, in q̃ tota quæstio nitebat octies tortus, nullum omnino verbũ, quo dñs perstringeret, emisit, tamen reus damnatus est. cum certius augmentum innocentiæ vnus octies tortus exhiberet. q̃ octo semel torti præbuissent.

DE TESTIBVS, DE CNEO ET QVINTO SERVILIO, CAPVT QVINTVM,

f Equitur vt ad testes pertinẽtia exempla cõmemorem. C, & Q, Seruilijs Cepionibus ijsdẽ parentib⁹ natis, & per omnes honorũ gradus ad summã amplitudinẽ ꝓuectis. itẽ fratrib⁹ metellis Quito & Lucio cõsularib⁹. & cẽsorijs, altero etiã triũphali in Q, Pompeiũ Aufidiũ repetũdatũ reũ acerrime dicẽtibus testimoniũ, nõ abrogata fides absoluto Põpeio sed ne potentia inimicũ oppressisse viderent. occursum est.

DE MARCO AEMILIO SCAVRO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS,

M, etiã Aemilius Scaur⁹ priceps senat⁹ C. Memiũ repetũdarũ reũ districtu testimonio insecutus est, Item C, Flauiũ eadem lege accusatũ testis proscidit nam C, Norbanũ maiestatis crimine publicæ subiectũ quæstioni, ex professo opprimere conatus est nec tamẽ aut autoritate. qua plurimũ pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quẽq̃ illorũ affligere potuit,

DE LVCIO CRASSO,

L, Quoq; Crassus tãtus apud iudices quãt⁹ apud P, C, Aemilius Scaurus nãq; eorũ suffragia robustissimis. & fœlicissimis ęloquẽtię stipẽdijs regebat eratq; sic fori vt ille curiæ princeps, cũ vehementissimũ testimonij fulmen in M. Marcellũ reum iniecisset impetu grauis. exitu vanus apparuit,

DE Q, METELLO PIO, L, MARCO, LVCIO, HORTENSIO, ET Q, M, LEPIDO,

Age Q, Metellus Pius & Lu, & Marc⁹ Luculli Q, Hortensius, M, Lepid⁹ Cn. Corneliũ maiestatis reũ non modo testes onerarunt. sed etiam salutem, negantes illo incolumi stare Remp. posse, depoposcerunt, quæ decora ciuitatis (pudet referre) vmbone iudiciali repulsa sunt.

DE M, CICERONE,

Quid M, Cicero forensi militia summos honores. amplissimũq; dignitatis locũ adeptus? non ne in ipsius eloquẽtiæ suæ castris testis abiectus est? dum P, Clodiũ Romæ apud se fuisse iurauit, illo sacrilegiũ, & flagitiũ vno argumento absentiæ tuente, siquidem iudices Clodium incæsti crimine, q̃ Ciceronem infamia periurij liberare maluerunt.

DE P. SERVILIO CONSVLARI.

Tot eleuatis testibus vnũ cuius noua ratione iudiciũ ingressa autoritas cõfirmata est, referã. P, Seruilius Cõsularis, Censorius. Triumphalis. q maiorũ suorũ titulis Isaurici cognomẽ adiecit. cũ forũ pręteriens testes in reum dari vidisset, loco testis cõstitit, ac p summã inter patronorũ pariter. ac accusatorum admirationẽ sic orsus, hũc ego iudices q causam dicit, cuius sit, aut quã vitã egerit, q̃q; merito vel iniuria accuset, ignoro, illud tñ scio, cum occurrisset mihi laurentina via iter facienti. admodũ angusto loco. equo descẽdere noluisse. Quod an aliqd ad religionẽ nostrã ptineat, ipsi æstimabitis, ego id supprimendũ nõ putaui. Iudices reum, vix auditis cæteris testibus, damna

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



uerunt, Valuit eñ apud eos tũ amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio, eumq; qui venerari principes nesciret. in quodlibet facinus procursurum crediderunt.

QVI QVE IN ALIIS VINDICARVNT IPSI COMMISERVNT, CAPVT SEXTVM,

n Eillos quidẽ latere patiamur qui quæ in alijs vindicarunt, ipsi cõmiserunt C, Licinius cognomine Hoplomachus a prætore postulauit, vt patri suo bonis tanq̃ ea dissipanti, interdiceret, & quidem quod petierat, impetrauit. Sed ipse paruo postea tpe mortuo sene ampla ab eo relicta latifundia festinanter cõsumpsit, dignus hac vicissitudine pœne fuit, qm̃ hereditatẽ absumere, q̃ heredem maluit tollere,

DE CAIO MARIO,

C, aũt Marius cũ magnũ, & salutarẽ Reip, ciuẽ in L. Saturnino opprimẽdo egisset a quo in modũ vexilli pileũ seruituti. ad arma capiẽda ostẽtatũ erat L. Sylla cũ exercitu in vrbẽ irrũpente, ad auxiliũ seruorũ pileo suplato cõfugit Itaq; dũ facin⁹, q̃d punierat imitat. alterũ Mariũ, a q̃ affligeret, inuenit.

DE MARCO LICINIO STOLONE,

M, Vero Licinius Stolo, cui⁹ bñficio plebi petẽdi cõsulatũ potestas facta est cũ lege sanxisset. ne qs ampli⁹, q̃ quingẽta agri iugera possideret, ipse mille cõparauit, dissimulãdiq; criminis gr̃a, dimidiã partẽ filio emancipauit, quã ob causam a M. Popilio Lenate accusatus. primus sua lege cecidit, ac docuit nihil aliud p̃cipi debere. nisi q̃d p̃ci⁹ qsq; sibi imperauit,

DE QVINTO VARIO TRIBVNO,

Q, aũt Varius, ꝓpter obscurũ ius ciuitatis Hybrida cognominat⁹ Tr, Ple, legẽ aduersus intercessionẽ collegarũ, progauit q̃ iubebat quæri quorũ dolo malo socij ad arma ire coacti essent, magna cũ clade Reip. sociale eñ pri⁹ deinde ciuile bellũ excitauit, Sed dũ ante pestiferũ Tr. Pl, q̃ certũ ciuẽ agit, sua lex eũ domesticis laqueis cõstrictũ apsumpsit,

DE STVDIO ET INDVSTRIA, CAPVT SEPTIMVM,

q Vid cesso vires industriæ cõmemorare? cuius alacri spiritu militiæ stipẽdia roborant̃, forẽsis gloria accẽdit, fido sinu cũcta studia recepta nutriuntur. quicquid animo. quicquid manu, quicquid lingua ad-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

mirabile est, ad cumulũ laudis ꝑducit, quę cũ ꝑfectissima sit virt⁹, dura mẽto sui cõfirmat,

DE CATONE SVPERIORE,

Cato sextũ & octogesimũ annũ agens, dũ in Rep, tuẽda inuenili animo perstat, ab inimicis capitali crimine accusatus. cãm suã egit. neq; aut memoriam eius quisq̃ tardiorẽ, aut firmitatẽ lateris vlla ex parte quassatã, aut os hæsitatione impeditũ animaduertit, quia. s, omnia ista in statu suo æquali, ac perpetua industria continebat, q̃ etiã in ipso diutissime actæ vitæ fine disertissimi oratoris Galbæ accusationi. defensionẽ suã ꝑ Hispania opposuit. Idem græcis literis erudiri concupiuit. q̃ sero, inde æstimem⁹, q̃ etiã latinas pene iam senex didicit, cũq; eloquẽtia magnã iam gloriã partam haberet, id egit, vt iuris ciuilis quoq; esset peritissimus.

DE INFERIORE,

Cuius mirifica ꝓles Cato, ꝓpior nostræ ætati. ita doctrinæ cupiditate flagrauit. vt ne in curia quidẽ, dum senatus cogit, tẽperaret sibi, q̃ min⁹ græcos libros lectitaret, qua quidẽ industria, ostẽdit. alijs tẽpora deesse, alios tẽporibus superesse,

DE TERENTIO VARRONE,

Terẽtius aũt Varro hũanæ vitæ exẽplo, & spacio noĩand⁹, nõ annis q̃b⁹ seculi tẽpus æquauit, q̃ stilo viuacior fuit, in eodẽ effi lectulo & spiritus ei⁹, & egregiorũ operũ cursus extinct⁹ est,

DE LIVIO DRVSO,

Cõsimilis ꝑseuerãtiæ Liui⁹ Drusus, q̃ & ætatis viribꝰ & acie oculorũ defect⁹ ius ciuile populo benignissime interp̃tatus est, vtilissimaq; discere id cupiẽtibus monimẽta cõposuit. nã vt senẽ illũ natura, & cæcũ fortũa facere potuit, ita neutra interpellare valuit, ne nõ anĩo & videret & vigeret,

DE P, SENATORE, ET L. PONTIO EQVITE ROMANO.

Publius vero Senator, & Lucius Pontius eques Romanus suis tẽporibus celebres causatũ actores. luminib⁹ capti eadẽ industria, forẽsia stipẽdia executi sunt, Itaq; frequẽtius etiã audiebant̃, cõcurrẽtibus alijs, q̃a ingenio eorũ delectabant̃, alijs, q̃a cõstantiã admirabant̃, nãq; alij incõmodo ꝑculsi secessum petũt, duplicãt tenebras. fortuitis volũtaria adijciẽtes,

DE PVBLIO CRASSO,

Iam P. Crassus cũ in Asiã ad Aristonicũ regẽ debellandũ Consul venisset, tanta cura græcæ linguæ notitiã animo cõprehendit. vt eam in quinq; diuisam genera, ꝑ oẽs partes, ac nũeros penitus cognosceret. Quæ res maximũ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019220-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



ei sociorũ amorẽ cõciliauit, qua quis eorũ lingua apud tribunal eius postula uerat, eadem decreta reddenti,

DE ROSCIO,

Ne Roscius qdem subtrahat scænicæ industriæ notissimũ exẽplũ, qui nullũ vnq̃ spectanti populo gestũ, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere aus⁹ est. Quapropter non ludicra ars Rosciũ, sed Roscius ludicrã artem cõmendauit, nec vulgi tm̃ fauorẽ. verũetiam principũ familiaritates amplexus est, hæc sunt attenti, & anxij. & nunq̃ cessantis studij præmia, ꝓpter quæ tantorum virorum laudibus non inpudenter se persona Histrionis inseruit,

EXTERNA, DE DEMOSTHENE.

Græca quoq; industria, qm̃ nostræ multũ ꝓfuit. quem meret̃ fructum latina lingua recipiat Demosthenes cuius cõmemoratio nomine, maxime ęloquẽtiæ consumatio audientis animo oborit̃. cũ inter inicia iuuentæ. artis, quam affectabat, primã literã dicere nõ posset, oris sui vitiũ, tãto studio expugnauit. vt ea a nullo exp̃ssi⁹ referret̃, Deinde ꝓpter nimiã exilitatẽ acerbã auditu vocẽ suam exercitatione cõtinua ad maturũ & gratũ auribus sonũ ꝑduxit, Lateris etiã firmitate defectus, quas corporis habitus vires negauerat a labore mutuatus est, Multos em̃ versus vno impetu spirit⁹ cõplectebat̃. eosq; aduersa loca celeri gradu scandẽs, ꝓnuntiabat. Ac vadosis litoribus insistẽs declamationes fluctuũ fragoribus obluctãtibus edebat vt ad fremitus cõcitatarum cõcionum. pacientia, duratis auribus, in actionib⁹ vteret̃. Fert̃ q̃q; ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuũ promptius esset & solutius, Præliatus est cum re. um natura, & quidem victor abijt. malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando Itaq; alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est,

DE PYTHAGORA PHILOSOPHO,

Atq; vt ad vetustiorẽ industriæ actũ trãsgrediar, Pythagoras ꝑfectissimũ opus sapientiæ, a iuuẽta pariter, & omnis honestatis ꝑcipiẽdę cupiditatẽ ingressus (nihil em̃ quod ad vltimũ sui ꝑuenturũ est finem, non & mature & celeriter incœpit) Aegyptum petijt, vbi literis gẽtis ei⁹ assuefactus. præteriti æui sacerdotũ cõmẽtarios scrutatus, innumerabiliũ seculorũ obseruationes cognouit, Inde ad ꝑsas ꝓfect⁹ magorũ exactissimæ prudentiæ se formandũ tradidit a q̃bus syderũ mot⁹. cursusq; stellarũ, & vniuscuiusq; rei ꝓprietatẽ,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bsb:20-25a1019221-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



& effectũ benignissime demonstratũ docili animo sumpsit, Cretam deinde & Lacedemona nauigauit, quarũ legibus ac moribꝰ inspectis, ad olympicum certamẽ descẽdit. Cũq; multiplicis sciẽtiæ maximã toti græciæ admirationẽ ac specimen exhibuisset, quo cognomine censereẽ interrogatus. non se sapientẽ (Iã eñ illud septẽ sapientes viri occupauerant) sed amatorem sapientiæ. i. græce φιλοσοφος edidit. In Italiæ etiam partẽ, quæ tũc maior Græcia appellabatur perrexit. in q̃ plurimis, & opulentissimis vrbibꝰ effectus suorum studiorũ approbauit, cuius ardentẽ rogum plenũ venerationis oculis Metapontus aspexit, operum Pythagoræ q̃ suorum cinerum nobilius, clariusq; monimentum,

DE PLATONE PHILOSOPHO,

Plato autem patriã Athenas, præceptorẽ Socratem sortitꝰ, & locũ. & hominem doctrinæ fertilissimũ. ingenij q̃q; diuina instructus abundantia, cũ omnium iã mortaliũ sapientissimus haberet, eo qdẽ vsq; . vt si ipse Iupit cœlo descendisset. nec elegantiore, nec beatiore facundia vsurꝰ videret, Aegyptũ peragrauit, vbi a sacerdotibus eius gentis Geometriæ multiplices numeros cœlestiũ obseruationem rationũ ꝑcepit. q̃q; tpe a studiosis iuuenibus certati Athenæ Platonem doctorẽ quærentibus petebant. ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas, vastissimosq; campos, effusã barbariẽ, & flexuosos fossarũ ambitus Aegiptiorum senũ discipulus lustrabat, Quo minus miror in Italiam transgressũ, vt ab Archyta Tarẽti, a Timæo, & Arione. & Ceto Locris Pythagoræ præcepta & instituta acciperet, Tanta eñ vis, tanta copia literarum vndiq; colligenda est, vt inuicẽ ꝑ totũ . errarũ orbẽ dispergi, & dilatari posset, altero etiam & octogesimo anno decedens, sub capite Sophronis numeros habuisse fertur. sic ne extrema quidem eius hora agitatione studij vacua fuit,

DE DEMOCRITO PHILOSOPHO,

At Democritus, cũ diuicijs censeri posset quę tãtę fuerũt, vt pater eiꝰ Xerxis exercitui epulũ dare facile potuerit, quo magis vacuo animo studijs literarũ esset operatꝰ. parua admodũ summa retẽta. patrimoniũ suũ patrię donauit, Athenis aũt conpluribus annis moratus, omnia tẽporũ momẽta ad percipiẽdam, & exercendã doctrinã conferens, ignotus illi vrbi vixit, quod ipe q̃dã volumine testat. Stupet mens admiratione tãtæ industriæ, et iã transit alio.

DE CARNEADE PHILOSOPHO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019222-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE STVDIO ET INDVSTRIA,

Carneades laboriosus, & diuturnus miles sapientiæ, siquidē nonaginta expletis annis. idē illi viuēdi, ac philosophādi finis fuit. ita se mirificæ doctrine opibus addixerat, vt cū cibi capiēdi causa recubuisset, cogitationib⁹ inhęrēs manum ad mensam porrigere obliuisceret. Sed eū Melissa, quā vxoris loco habebat, tēperato inter studia, animo nō interpellādi, sed inediæ succurrēdi officio. dexterā suā necessarijs vsibus aptabat Ergo anio tātūmodo vita fruebat. corpore vero quasi alieno & supuacuo circūdatus erat, Idē cū Chrysippo disputaturus Helleboro se ante purgabat, ad exprimendū ingenium suū attētius, & illi⁹ refellēdū acri⁹, q̄s potiōes industria solidæ laudis cupidis appetēdas affecit,

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO,

Quali porro studio Anaxagbrā flagrasse credimus? qui cū post diutinā pegrinationē patriā repetisset, possessionesq; desertas vidisset, nō essem inquit ego saluus, nisi istæ perijssent. Vocē petitæ sapiētiæ cōpotē. nam si p̄diorum potius, q̄ ingenij culturæ vacasset. dominus rei familiaris intra pœnates mā sisset, non tantus Anaxagoras ad eos redijsset.

DE ARCHIMEDE PHILOSOPHO,

Archimedis quoq; fructuosam industriā fuisse dicerē. nisi eadē illi et dedisset vitā. & abstulisset, Captis eñ Syracusis, Marcellus machinationibus eius multū, ac diu victoriā suā inhibitā senserat. eximia tñ hominis prudētia delectatus, vt capiti illius parceret, edixit, pene tñ gloriæ in Archimede seruato quantū in oppressis Syracusis hostis reponēs, Atis dum animo, & oculis ī terram defixis. formas describit, *militi qui prædandi gratia domū irrupat* strictoq; sup caput gladio. quis nā esset, interrogabat, ꝓpter nimiā *cupiditatem* inuestigādi, quod reqrebat, nomē suū indicare nō potuit. Sed ꝓtracto manibus puluere noli (inqt) obsecro istū circulū disturbare, ac perinde q̄si negligens imperij victoris, obtrūcatus sanguine suo artis suæ lineamēta confudit, Quo accidit vt ꝓpter idē studiū modo donaret vita, modo spoliaret,

DE SOCRATE PHILOSOPHO,

Socratē etiā cōstat ætate, puectū fidibus tractādis opam dare cœpisse. satius iudicantē eius artis vsum sero. q̄ nunq̄ pcipe. & quātula Socrati accessio illa futura scientiæ erat. Sed ꝑtinax hoīs industria, tantis doctrinæ suæ diuicijs. etiam musicæ rationis vtilissimū elementū accedere voluit, Ergo dū ad dis-

T iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



cendũ semp se pauperẽ credidit, ad docendũ fecit se lucupletissimũ, Atq; vt longe, & felicis industriæ, quasi in vnũ aceruũ exẽpla redigamus. Isocrates nobilissimũ librum qui inscribitur, τανασθηνικος, quartũ & octogesimũ annum agens, ita vt ipse significat. cõposuit, opus ardentis spiritus plenum, ex quo apparet senescentib⁹ mẽbris eruditorũ intus anĩos, industriæ beneficio florem iuuẽtutis retinere, neq; hoc stilo terminos vitæ suæ clausit, nanq; admirationis eius fructũ quinquennio percepit, DE CRYSIPPO,

Citerioris ætatis metas, sed non tñ parui spacij Chrysippi viuacitas flexit, nã octogesimo anno, cœptũ ante quadragesimũ λογικῶν exactissime subtilitatis volumen reliquit, cuius studium in tractandis ingenij sui monimentis tantum operis, laborisq; sustinuit. vt ad ea. quæ scripsit, penitus cognoscenda. longa vita sit opus, DE CLEANTE PHILOSOPHO,

Te q̃q; Cleanthe tã laboriose haurẽtẽ & tã ꝑtinaciter tradẽtẽ sapiẽtiã. numẽ ipsius industriẽ suspexit. cũ adulescẽtẽ questu extrahẽdẽ aquẽ nocturno tpe inopiã tuã sustẽtãtẽ, diurno Chrysippi ꝑceptis ꝑcipiẽdis vacãtẽ. eũdẽq; ad vnde cẽtesimũ annũ attẽta cura erudiẽtẽ auditores tuos videret, duplici em̃ labore vni⁹ seculi spaciũ occupasti incertũ reddẽdo discipulus ne. an ꝑceptor esses laudabilior. DE SOPHOCLE,

Sophocles q̃q;, cũ rerũ natura gloriosum certamen habuit, tam benigne ille mirifica opa sua exhibendo, q̃ illa opib⁹ eius tpa liberaliter sumministrãdo ꝓpe em̃ cẽtesimũ annũ attigit, sub ip̃m trãsitũ ad mortẽ Oedipode colono scripto, qua sola fabula om̃ium eiusdẽ studij poetarũ ꝑripe gloriã potuit idq; ignotũ esse posteris filius Sophoclis noluit σωφρον sepulchro patris. quæ retuli insculpendo, DE SIMONIDE POETA,

Simonides vero poeta octogesimo anno & docuisse se carmina. & in eorum certamẽ descẽdisse ip̃e gloriat, nec fuit iniquũ illũ voluptatẽ ex ingenio suo diu ꝑcipere. cũ eã om̃i æuo fruẽdã traditur⁹ esset, DE SOLONE,

Nã Solon quãta industria flagrauerit. & versibus cõplexus est. qbus significat, se q̃tidie aliqd addiscẽtẽ senescere, & supremo vitæ die cõfirmauit. quod assidẽtibus amicis est, & quadã de re sermonem inter se cõferẽtibus satis iam pressum caput erexit, Interrogatusq; q̃ ꝓpter id fecisset. respondit, vt cum istud quidqd est, de q̃ disputatis percepero, moriar. Migrasset, profecto ex

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE OCIO,

hominibus inertia, si eo anio vitã ingrederenĩ, quo eam Solon egressus est,

DE THEMISTOCLE,

Quam porro industrius Themistocles, q maximarũ rerũ cura districtus, omniũ tñ ciuiũ suorũ noĩa memoria cõprehẽdit, ꝑ summã nanq; iniquitatẽ patria pulsus, & ad Xerxem, quẽ paulo ante deuicerat cõfugere coactus. priusq̃ in cõspectu eius veniret. ꝑsico sermoni se assuefecit, vt laborẽ parta commendatione regijs auribus familiarem, & assuetũ sonũ vocis adhiberet,

DE CYRO ET MITHRIDATE,

Cuius vtriusq; industriæ laudẽ duo reges partiti sunt Cyrus omniũ militũ suorũ nomina. Mithridates duarũ & viginti gẽtiũ, quæ sub regno eius erãt linguas discendo. ille vt sine monitore exercitũ salutaret, hic vt eos, quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

DE OCIO CAPVT OCTAVVM,

o Cium, quod industriæ. & studio maxime cõtrariũ videtur, præcipuæ subnecti debet, nõ quo euanescit virtus, sed quo recreatur alterum eñ etiam inertibus vitandũ, alterũ strenuis quoq; interdũ appetendum est, Illis ne proprie vitam inertem exigant. his vt tempestiua laboris intermissione ad laborandũ fiant vegetiores.

DE SCIPIONE ET LAELIO,

Par veræ amicitiæ Clarissimũ Scipio. & Lælius, tũ amoris vinculo, tũ etiam omniũ virtutũ inter se iũctũ societate, vt actuosæ vitæ iter ęquali gradu exęquebanĩ ita animi quoq; remissioni cõmuniter acqescebant, constat nanq; eos Caietæ, & Laurẽti, vagos litoribꝰ cõchulas. & calculos lectitasse, idq; se P, Crassus ex socero suo Q, Scæuola. q gener Lælij fuit audisse sæpenũero prędicauit,

DE SCEVOLA,

Scæuola aũt qetæ remissionis eorũ certissimꝰ testis, optime pila lusisse tradit qa videlicet ad hoc diuerticulũ animũ suũ forẽsibus ministerijs fatigatũ. trãsferre solebat, Aleæ quoq;. & Calculis vacasse interdũ dicit, cum bene, ac diuiura ciuium. & cerimonias deorũ ordinasset, vt eñ in rebus serijs Scæuolam ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris pacientem esse non sinit,

EXTERNA, DE SOCRATE PHILOSOPHO,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Idq; vidit, cui nulla pars sapientiæ obscura fuit. Socrates. ideoq; nõ erubuit tunc cum interposita arundine cruribus suis, cum parvulis filiolis ludens ab Alcibiade risus est,

DE HOMERO POETA,

Homer⁹ q̃q; ingenij cœlestis vates nõ aliud sẽsit. vehemẽtissimis Achillis manib⁹ canoras fides aptãdo, vt earũ militare robur leni pacis studio relaxaret,

QVANTA VIS ELOQVENTIE EST, CAPVT. IX,

Potentiã vero eloquẽtiæ etsi plurimũ p̃ualere animaduertimus, tñ sub proprijs exemplis, quo scilicet vires eius testatiores fiant recognosci conuenit.

DE VALERIO,

Regibus exactis plebs discedẽs a p̃ribus. iuxta ripã flumis Anienis in colle q sacer appellat, armata cõsedit. eratq; nõ solũ deformis, sed etiã miserrimus Reip, stat⁹ a capite eius cætera parte corpis pestifera diuisa, ac ni Valerij subuenisset eloquẽtia spes tanti imperij in ipso pene ortu suo corruisset Is nanq; populũ, noua & insolita libertate temere gaudentẽ, oratione ad meliora, & saniora cõsilia reuocatũ, senatui subiecit, id est orbẽ vrbi iunxit. Verbis ergo facũdis ira, cõsternatio, arma cesserũt.

DE M, ANTO,

Quæ etiã Marianos, Cinnanosq; mucrones ciuilis, pfundendi sanguinis cupiditate furentes inhibuerũt, missi eñ a seuissimis ducibus milites. ad M, Antoniũ obtruncandũ, sermone eius obstupefacti, districtos iam. & vibratos gladios cruore vacuos vaginis reddiderũt, qb⁹ digressis P, Antoni⁹ (is eñ solus in ambitu expers antonianæ facũdiæ steterat) crudele imperiũ truculento ministerio peregit, q̃s disertũ igit eũ fuisse putemus. quẽ ne hostiũ qdẽ quisquã occidere sustinuit: qui mõ vocẽ eius ad aures suas voluit admittere,

DE IVLIO CESARE,

Diuus q̃q; Iuli⁹, q̃ cœlestis numinis. tam etiã hũani ingenij pfectissimũ columẽ. vi facũdiæ, ppriæ exp̃ssit, dicẽdo in accusatiõe C. Dolobellæ, quẽ reum egit, extorqueri sibi causam optimã L, Cottę patrocinio, siquidẽ maxia tũc eloquẽtia questa ẽ, cui⁹ facta mẽtiõe. qñ domesticũ nullũ mai⁹ adiecerim exẽplũ, pegrinãdũ ẽ,

EXTERNA, DE PISISTRATO.

Pisistrat⁹ dicẽdo tñ valuisse tradit⁹ est, vt ei Athenienses regium imperiũ oratione capti pmitterẽt, cũ præsertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteret, sed alterius salubriores erant conciones. alterius disertiores.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



QVANTVM MOMEN, SIT IN PRONVN, ET APTO,

q̃ euenit. vt alioq prudẽtissima ciuitas libertati seruitutẽ p̃ferret. DE Pericle.
Pericles autẽ fœlicissimis naturæ incrementis, sub Anaxagora præceptore
summo studio ꝑpolitus, & instructus, liberis Athenarũ ceruicibus, iugũ ser
uitutis inposuit, egit enĩ illã vrbẽ, & versauit arbitrio suo, Cũq; aduersus vo-
luntatem populi loqueret. iucunda nihilominus, & popularis eius vox erat,
Itaq; veteris comœdiæ maledica lingua, quãuis potẽtiã viri perstringere cu-
piebat, tñ in labris hominis melle dulciorem leporẽ fatebatur habitare, in q;
animis eorũ, qui illum audierãt, quasi aculeos quosdã relinqui prædicabat,

DE QVODAM SENE.

Fertur, quidamcũ admodũ senex primæ cõcioni Periclis adulescẽtuli inter-
esset, idemq; iuuenis Pisistratũ decrepitũ iam concionantẽ audisset non. tem
perasse sibi. quo minus exclamaret caueri illũ ciuẽ oportere. quod Pisistrati
orationi simillima eius foret oratio, nec hominem aut æstimatio eloquij, aut
morũ augurũ eũ fefellit, Quid enĩ inter Pisistratũ. & Periclẽ interfuit? nisi
q; ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit,

DE HEGESIA PHILOSOPHO,

Quantũ eloquẽtia valuisse Hegesiam Cyrenaicũ philosophũ arbitramur? q
sic mala vitę repræsentabat, vt eorũ miseranda imagine audiẽtiũ pectoribus
inserta. multis volũtariã mortis appetednæ cupiditatẽ ingeneraret, Ideoq; a
rege Ptolomæo vlterius hac de re disserere prohibitus est,

QVANTVM MOMENTVM SIT IN PRONVNCIATI-
ONE ET APTO MOTV CORPORIS. CAPVT decimũ.

e Loquentiæ aũt ornamenta in pronũciatione apta, & conuenienti
motu corporis consistũt, quibus cum se instruxerit, trib⁹ modis
homines aggredit, animos eorũ ipsa inuadendo, horũ alteri aures, alteri ocu
los permulcendos tradendo.

DE CAIO GRACCO,

Sed propositi fides in personis illustribus exhibeat̃, C, Graccus eloquentiæ
q̃ ꝓpositi fœlicioris adulescens, qm̃ flagrantissimo ingenio cũ optime Rẽp,
tueri posset. ꝑturbari impie maluit, quoties apud populum cõcionatus est,
seruũ post se musicæ artis ꝑitũ, habuit q occulte eburnea fistula ꝓnunciatõis
eius modos formabat, aut nimis remissos excitãdo. aut plus iusto cõcitatos

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

reuocando, qa ipsum calor, atq; impetus actiōis attentū huiusce tempamēti æstimatorē esse non patiebat̄,

DE, Q, HORTENSIO.

Q. aūt Hortensius plurimū in corporis decoro motu repositū credens pene plus studij in eodē laborādo, q̄ in ipsa eloquētia affectāda impēdit, Itaq; nescires vtrū cupidi⁹ ad audiēdū eū, an ad spectandū cōcurreret̄. sic verbis oratoris aspectus, & rursus aspectui verba seruiebāt. cōstat Aesopū, Rosciūq; ludicræ artis peritissimos, illo causas agente. in corona frequēter astitisse vt foro petitos gestus. in scenā referrēt,

DE M, CICERONE,

Nā M. Cicero quantū in vtraq; re. de qua loqmur momēti sit oratione, quā ꝓ Gallo habuit, significauit M, Callidio accusatori exprobrādo, q; præparatum sibi a reo venenū testibus, chirographis, quæstionibus, ꝓbaturū, affirmans. remisso vultu & languida, voce, & soluto gñe orationis vsus esset pariterq; & oratoris vitiū detexit, & causæ periclitātis argumenta adiecit, totū hunc locū ita claudēdo. tu istud M, Callidi nisi fingeres, sic ageres.

EXTERNA. DE DEMOSTHENE,

Cōsentaneū huic Demosthenis iudiciū, q cū interrogaret̄ qdnā esset in dicēdo efficacissimū respondit Hypocrisis, Iterū deinde, & tertio interpellat⁹ idē dixit, pene totū se illi debere cōfitēdo.

DE ESCHINE,

Recte itaq; Aeschines. cū ꝓpter iudicialē ignominiā relictis Athenis Rhodū petisset, atq; ibi rogatu ciuitatis suā prius in Ctesiphontē. deinde Demosthenis ꝓ eodē orationē clarissima, & suauissima voce recitasset, admirantib⁹ cūctis vtriusq; columinis eloquentiā. sed aliq̄ āto magis Demosthenis. qd si inqt ipsum audissetis? tantus orator. & modo tā infestus aduersarius sic inimici vim, ardorēq; dicendi suspexit, vt se scriptorū eius parū idoneū lectorē esse p̄dicaret, exptus acerrimū vigorē oculorū. terribile vultus pōdus, accomodatū singulis verbis sonū vocis. efficacissimos corporis motus. Ergo & si operi illius adijci nihil potest. tñ in Demosthene magna pars Demosthenis abest, quod legitur potius, q̄ audit̄,

QVAM MAGNI EFFECTVS ARTIVM SINT. Caput. xi.

e Ffectus etiam artium recogniti, possunt aliquid afferre voluptatis, protinusq;, & q̄ vtiliter excogitatæ sunt patebunt. & memoratu dignæ res lucido in loco reponentur & labor in his edendis suo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



fructu non carebit.

DE SVLPITIO GALLO,

Sulpitij Galli maximũ i omni genere literarũ recipiẽdo studiũ plurimũ Reip. ꝓfuit. Nam cũ L. Pauli, bellũ aduersum regẽ Persen gerẽtis. legatus esset, ac serena nocte subito luna defecisset, eoq; veluti diro quodã monstro ꝑterritꝰ exercitus noster manus cũ hoste cõserendi fiduciã amisisset, de cœli ratione. & syderũ natura ꝑitissime disputãdo, alacrẽ eũ in aciẽ misit, Itaq; illi inclytæ paulianæ victoriæ liberales artes, Galli aditũ dederẽt, qa nisi ille metũ nr̃orũ militũ vicisset, impator romanus, vincere hostes nõ potuisset,

Spurinæ q̃q; in cõfectãdis deorũ monitis efficacior sciẽtia apparuit, q̃ vrbs Romana voluit, ꝑdixerat, C. Cæsari, vt proximos, xxx, dies qnasi fatales caueret, quorum vltimus erat idus martiæ, Et cum forte mane vterq; in domum Caluini Domitij ad officiũ cõuenisset. Cæsar Spurinæ. ecquid scis idꝰ martias iam venisse? & is. ecquid scis illas nondũ ꝑterijsse? abiecerat alter timorem tanq̃ exacto tempore suspecto. alter ne extremã quidẽ eius partem periculo vacuã esse arbitratus est, vtinam aruspicem potius auguriũ, q̃ patriæ parentẽ securitas fefellisset,

EXTERNA DE PERICLE,

Sed vt alienigena scrutemur, cũ obscurato repẽte sole inusitatis ꝑfusæ tenebris Athenæ solicitudine agerent̃, interitũ sibi cœlesti denũtiatiõe portendi credẽtes, Pericles ꝓcessit in mediũ, & quæ a præceptore suo Anaxagora ꝑtinentia ad Solis, & lunę cursum accepat, disseruit. nec vlterius trepidare ciues suos vacuo metu passus est.

DE ALEXANDRO REGE,

Quantũ porro dignitatis a rege Alexandro tributũ arti existimamus. qui se & pingi ab vno Apelle, & fingi a Lysippo tantũmodo voluit,

DE VVLCANO ALCAMENIS.

Tenet visentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus. ꝑter cætera eiũ ꝑfectissimæ artis in eo ꝑcurrẽtia iudicia, etiã illud mirant̃, quod stat dissimulatæ claudicationis sub veste leuiter vestigiũ reꝑsentãs, vt non tanq̃ exprobratũ vitiũ. ita tanq̃ certã, ꝓpriãq; dei notã decore significãs,

DE VENERE PRAXITELIS,

Cuius coniugem Praxiteles in marmore quasi spirantẽ in tẽplo Cnidiorũ collocauit ꝓpter pulchritudinẽ opis a libidinoso cuiusdã cõplexu parum tutam, q̃ excusabilior est error eq; q visa pictura equę, hinnitũ edere coactꝰ est

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019229-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS,

& canũ latratus aspectu picti canis incitatus, taurusq; ad amorẽ, & cõcubitũ æneæ vaccæ Syracusis nimiæ similitudinis irritamẽto cõpulsus Quid enim vacua rationis animantia arte decepta miremur? cũ hominis sacrilegã cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatã videamus?

QVEDAM NVLLA ARTE EFFICI POSSE, Caput. xij.

c Eterũ natura quẽadmodũ sæpenũero æmulã vitiũ suarũ artẽ esse patitur. ita aliqñ irritam fesso labore dimittit. quod summi artificis Euphranoris manus senserũt, Nam cum Athenis. xij. deos pingeret. Neptuni imaginẽ, quã poterat excellẽtissimis maiestatis coloribus cõplex⁹ est, perinde ac Iouis aliquãto augustiorẽ representaturus, Sed omni impetu cogitationis in supiori ope assumpto, posteriores eius conatus assurgere, quo tendebãt, nequiuerũt,

DE TIMANTE PICTORE,

Quid ille alter æque nobilis pictor luctuosum immolatæ Iphigeniæ sacrificium referẽs, cum Calchantẽ tristẽ, mœstũ Vlyssem, clamantẽ Aiacẽ. lamentantẽ Menelaũ circa aram statuisset, caput Agamẽnonis inuoluẽdo, non ne summi mœroris acerbitatẽ arte exprimi nõ posse cõfessus est? Itaq; pictura eius. aruspicis, & amici, & fratris, & lachrymis madet. patris fletum spectantis affectu existimandũ reliquit,

DE ALIO PICTORE.

Atq; vt eiusdem studij adijciã exemplum. præcipuæ artis pictor equũ ab exercitatione venientem, modo non viuum labore industriæ suæ cõprehenderat, Cuius naribus spumas adijcere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum, ac diu frustra tenebat. indignatione deinde accensus spongiam omnibus imbutam coloribus forte iuxta se positam apprehendit, & eam veluti corrupturus opus suum tabulæ illisit. quam fortuna ad ipsas equinares directam desyderium pictoris coegit explere, Itaq; quod ars adumbrare non valuit, casus imitatus est,

SVE QVENQVE ARTIS OPTIMVM ET AVTOREM ESSE ET DISPVTATOREM, CAPVT. XIII.

f Væ aũt artis vnũquenq;, & autorẽ. & disputatorem optimũ esse ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

DE QVINTO SCEVOLA,

Q. Scæuola clarissimus legũ vates, & certissimus. quotiescũq; de iure præ-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SENECTVTE,

torio cõsulebat. ad Furiũ, & Caselliũ, qa huic sciẽtiæ dediti erãt, cõsultores reijciebat, quo quidẽ facto moderationẽ suã magis cõmendabat q̃ autoritatem minuebat, ab his negociũ aptius explicari posse cõfitẽdo. q q̃tidiano eiꝰ vsu callebant, Sapientissimi igit artis suæ ꝓfessores sunt a q̃bus & ꝓpria studia verecunde, & aliena callide æstimant,

DE PLATONE PHILIOSOPHO,

Platonis quoq; eruditissimũ pectus hæc cogitatio attigit, qui cõductores sacræ aræ modũ, & formã eius secum sermonem cõferre conatos, ad Euclidẽ Geometrem ire iussit. scientiæ eius cedens, immo ꝓfessioni,

DE ATHENIENSIBVS ET DE PHILONE,

Gloriant Athenę armamẽtario suo. nec sine cã, ẽ eñ illud opꝰ, & impẽsa, & elegãtia visendũ, cuiꝰ architectũ Philonẽ ita facũde rõnẽ institutõnis suæ in theatro reddidisse cõstat. vt disertissimꝰ populꝰ nõ mĩorẽ laudẽ eloquẽtię eiꝰ q̃ arti tribueret.

DE QVODAM ARTIFICE,

Mirifice & ille artifex, q in opere suo moneri se a sutore de crepida. & ansulis passus, de crure etiã disputare incipientẽ, supra plantã ascendere vetuit,

DE SENECTVTIS, CAPVT, XIIII,

Senectus quoq; ad vltimũ sui finẽ ꝓuecta, in hoc eodẽ ope. inter exẽpla industrię in aliquot claris viris cõspecta est separatim tñ & ꝓpriũ titulũ habeat, ne cui deorũ immortaliũ præcipua indulgẽtia affuit. & nostra ornata mentio defuisse existimetur. & simul spe diuturnioris vitæ, quasi adminicula quedam dent, quibus insistens, alacriorẽ se respectu vetustæ fœlicitatis facere possit, tranquillitatẽq; sæculi nostri, qua nulla vnquam beatior fuit. subinde fiducia confirmet salutaris principis incolumitatem, ad longissimos humanæ cõditionis terminos prorogando,

DE M, VALERIO CORVINO,

M, Valeriꝰ Coruinꝰ cẽtesimũ annũ cõpleuit. cuiꝰ iter primũ & sextũ cõsulatũ q̃draginta sex anni intercesserũt, suffecitq; integris viribꝰ corporis nõ solũ speciosissimis Reip, mysterijs, sed etiã exactissimæ agroꝝ suorũ culturæ, & ciuis & patris familiæ optabile exemplũ.

DE METELLO,

Huius vitæ spaciũ æquauit Metellus. quartoq; anno post consularia impia senex admodũ Ponti, max, creatus, tutelã cerimoniarũ per duos & viginti

V

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



annos neq; ore in votis nuncupandis hæsitante, neq; in sacrificijs faciendis tremula manu gessit.

DE QVINTO FABIO MAXIMO,

Quint⁹ aũt Fabi⁹ Max. duob⁹ & sexaginta annis augurat⁹ sacerdotiũ sustinuit, robusta iam ætatę id adept⁹, q̃ vtraq; tpa si in vnũ cõferant, facile secu modũ expleuerint,

DE MARCO PERPENNA,

Iam de Marco Perpẽna qd loquar? q omnib⁹. q̃s in senatu rogauerat, superstes fuit. septemq; tm̃mõ, q̃s Censor collega Lucij Philippi legerat e patrib⁹ C. reliquus vidit, toto ordine amplissimo diuturnior,

DE APPIO,

Appij vero æuũ clade metirer, q̃a infinitũ numerũ annorum orbatus luminib⁹ exegit, nisi quatuor filios, qnq; filias, plurimas cliẽtulas, rẽ deniq; publicam hoc casu grauatus fortissime rexisset. Quin etiã fessus iã viuẽdo. lectica se in curiam deferri iussit, vt cũ Pyrrho deformẽ pacem fieri prohiberet. Hũc cæcũ aliquis nominet, a q̃ patria, q̃d honestum erat, per se parũ cernẽs, coacta est prouidere,

DE LIVIA RVTILII, DE TERENTIA CICERONIS, ET CLODIA FILIA AVLI,

Muliebris etiã vitæ spaciũ nõ minus lõgũ in cõpluribus apparuit, q̃rũ aliq̃s stricti retulisse me satis erit. Nã & Liuia Rutilij septimum & nonagesimũ, & Terẽtia Ciceronis tertiũ & cẽtesimũ. & Clodia Auli filia qndeci filijs añ enixis, quintũdecimũ & cẽtesimũ expleuit annũ.

DE MAsinissa rege Nũidiæ,

Iũgã his duos reges q̃rũ diuturnitas Reipublicæ nr̃æ fuit vtilissima. Siciliæ rector Hiero ad nonagesimũ annũ puenit, Masinissa rex numidiæ hunc modũ excessit, regni spaciũ sexaginta annis emensus. & añ oẽs hoĩes robore senectæ admirabilis. constat eũ quem admodũ Cicero refert libro quem de senectute scripsit. nullo vnq; imbri, nullo frigore. vt caput suum veste tegeret, adduci potuisse. eundẽ ferunt aliq̃t horis, in eodẽ vestigio perstare solitũ, nõ ante moto pede, q̃ consimili labore iuuenes fatigasset. ac si qd agi a sedente oporteret, toto die sæpenumero nullã in partẽ conuerso corpe i solio durasse. ille vero etiã exercitus equo insidens⁹ noctem diei plęrumq; iungẽdo duxit, nihilq; omnino ex his opib⁹, quæ adulescẽs sustinere asseuerat, q̃ min⁹ senectute ageret omisit, Veneris etiã vsu ita semper viguit. vt post sextũ & octogesimũ annum filiũ generaret, cui Methymato nomẽ fuit, terrã quoq;, quã vastam & desertam. acceperat, perpetuo culturæ studio frugiferam reliquit,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019/212-8
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE SENECTVTE,

DE GORGIA LEONTINO PHILOSOPHO,

Gorgias etiã Leontin⁹ Isocratis, & cõpluriũ magni ingenij virorũ p̃ceptor. sua sententia fœlicissimus, Nã cũ cẽtesimũ & septimũ ageret annũ interrogatus q̃propter tãdiu vellet in vita remanere. qa nihil inq̃t habeo, q̃ senectutẽ meã accusem, qd isto tractu ætatis aut longius, aut beati⁹? Iam alterũ seculũ ingressus, neq; in hoc querelã vllã inuenit, neq; in illo reliqt,

DE XENOPHILO CHALCIDENSI PYTHAGORICO,

Biennio minor Xenophil⁹ Chalcidẽsis Pythagoric⁹, sed fœlicitate non inferior. Siqdẽ (ait Aristoxenus music⁹) oĩs hũani incõmodi exp̃s, in summo p̃fectissimæ splendore doctrinæ extinctus est,

DE ARGANTHONIO GADITHANO,

Argãthoni⁹ ãt Gaditan⁹ tãdiu regnauit. q̃diu etiã ad sacietatẽ vixisse abũde foret, Octoginta eñ annis patriã suã rexit, cũ ad imperiũ sexaginta annos natus accessisset, cuius rei certi sunt autores Asinius etiã Pollio non minima pars Ro, stili. in tertio historiarum suarum libro, centum illũ & triginta annos expleuisse cõmemorat, & ip̃e nũerosæ viuacitatis haud paruũ exemplũ.

DE AETHIOPIBVS ET INDIS,

Hui⁹ regis consumationẽ annorũ minus admirabilẽ faciũt Aethiopes, quos Herodotus scribit centesimũ & trigesimũ annũ transgredi, & Indi de quibus Ctesias quidem tradit.

DE EPIMENIDE GNOSIO,

Et Epimenides Gnosius, quẽ Theopompus dicit septẽ & quinquaginta & centũ annos vixisse,

DE QVIBVSDAM EPIORVM,

Hellanicus vero ait quosdã ex gente Epiorũ, quæ est pars Aetoliæ, ducentos explere annos, eiq; subscribit Damiates hoc amplius firmans Litorium quendam ex ijs maximarũ viriũ. staturæq; præcipuæ, trecentesimũ annum cumulasse.

DE DANDONE QVODAM,

Alexander vero in eo volumine quod de Illirico tractu conposuit, affirmat Dandonẽ quendã ad quingentesimũ vsq; annũ nulla ex parte senescẽtem p̃cessisse, Sed multo liberalius Xenophon. cuius περιγερως legitur, Is eñ latiorum regem octnigentis vitæ annis donauit, at ne pater eius parum benigne acceptus videretur ei, quoq; sexcentos assignauit annos,

DE CVPIDITATE GLORIAE, CAPVT XV.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND
35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



g Loria vero vnde oriatur. aut cuius sit habitus, aut qua ratione debeat cõparari, & an melius a virtute velut non necessaria negligat, viderint ij, quorũ in cõtemplãdis huiusmodi rebus cura terit quibusq; etiã quæ prudenter animaduerterũt, facunde cõtigit eloqui. Ego in hoc ope factis autores. & autoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas eius esse soleat, ꝓprijs exemplis demonstrare conabor.

DE SVPERIORE AFRICANO,

Supior Africanus Ennij poetæ effigiẽ in monimẽtis Corneliæ gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera sua illustrata iudicaret. non quidẽ ignarus q̃diu Romanũ imperiũ floreret, & Africa Italiæ pedib⁹ esset subiecta, totiusq; terrarũ orbis summũ culmen arx capitolina possideret. eorum extingui memoriã non posse, si tamẽ illis literarũ q̃q; lumẽ accessisset, magni æstimans, vir homerico, q̃rudi, atq; impolito p̃conio dignior,

DE DECIMO BRVTO,

Similiter honoratus animus erga poetã Acciũ Decimi Bruti suis tẽporibus clari ducis extitit. cuius familiari cultu & prompta laudatione delectat⁹, eius versibus tẽplorũ aditus, quæ ex manubijs cõsecrauerat, adornauit.

DE POMPEIO MAGNO,

Ne Pompeius quidẽ magnus ab hoc affectu gloriæ auersus. qui Theophanem Mitylenæũ scriptorẽ rerũ suarũ in cõcione militũ ciuitate donauit, bñficium per se amplũ accurata etiam & testata oratione ꝓsecutus. Quo effectũ est. vt neq; dubitaret. quin referret potius gratiam, q̃ inchoaret.

DE LVCIO SILLA,

Luci⁹ aũt Sylla, & si ad neminẽ scriptorẽ aĩm direxit. tũ Iugurtha a Boccho rege, ad Mariũ ꝑducto, totã sibi laudẽ cupide asseruit, vt annulo, q̃ signatorio vtebat, sculptã illã traditionẽ haberet, & quãtus postea? ne minimũ q̃dẽ gloriæ vestigiũ cõtẽpsit. DE SCIPIO, ET QVODAM EQVITE.

Atq; vt imꝑatoribus gloriosum militis spũm subnectam. Scipionem, dona militaria ijs, qui strenuã operã ediderãt, diuidentẽ T, Labienus. vt forti eqti aureas armillas tribueret, admonuit, eoq; se negante id facturum, ne castrẽsis honos in eo, qui pauloante seruisset, violaret, ipse ex præda Gallica aurũ equiti largitus est, nec tacite id Scipio tulit. Nam equiti habebis inquit donũ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CVPIDITATE GLORIE,

viri diuitis. quod vbi ille accepit ꝓiecto antepedes Labieni auro, vultū demisit, Idem vt audiuit Scipionē dicentē, Impator te argenteis armillis donat alacer gaudio abijt, Nulla est ergo tanta hūilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangat illa vero & a claris viris interdū ex humillimis rebus petita est,

DE QVINTO FABIO,

Nam qd sibi voluit Caius fabius nobilissimus ciuis? qui cum in æde salutis quā C, Iunius Bubulcus dedicauerat. parietes pinxisset. nomē his suū inscripsit, Id eñ demū ornamēti familiæ cōsulatibus, & sacerdotijs, & triūphis celeberrime deerat, cæterū sordido studio deditū ingeniū, qualēcūq; illū laborem suū. silētio obliterari noluit, videlicet Phidiæ secutus exemplū, q clypeo Mineruæ effigiē suā inclusit, qua cōuulsa tota opis colligatio soluerēt,

EXTERNA, DE THEMISTOCLE,

Sed melius aliquāto. si imitatione aliena capiebat. Themistoclis ardorē esset æmulatus, quē ferūt stimulis virtutū agitatū. & ob id noctes ingetas exigētē quærētibus qd ita eo tēpore in publico versaret. respondisse, qa me trophęa Miltiadis de somno excitāt, Marathon nimirū animū eius. & Arthemisium & Salamis naualis gloriæ fertilia noīa, illustrāda tacitis facibus incitabant, Idem theatrū petēs, cū interrogaret cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit. eius a quo artes meæ optie canerent. dulcedini gloriæ pene adiecit gloriam,

DE ALEXANDRO REGE,

Nam Alexandri pectus insaciabile laudis, q Anaxarcho comiti suo ex autoritate Democriti ꝓceptoris, inuiterabiles mūdos eē referēti, Heu me (inqt miserū, quod nec vno qdē adhuc sum potit⁹, angusta homini possessio gloriæ fuit, quæ deorū omniū domicilio sufficit,

DE ARISTOTELE PHILOSOPHO.

Regis, & iuuenis. flagrantissimæ cupiditati similē Aristotelis in capessenda laude sitim subnectā, Is nāq; Theodecti discipulo oratoriæ artis libros, q̄s ederet donauerat, molesteq; postea ferēs titulū eoꝝ sic alij cessisse, ꝓprio volumie qbusdā reb⁹ insistēs, plani⁹ sibi de his in Theodectis libris dictū esse adiecit, Nisi me tātæ & tā late patētis sciētiæ verecundia teneret. dicerē dignū philosophū, cui⁹ stabiliendi mores, altioris animi philosopho traderent. Cæterū gloria ne ab ijs qdē, q cōtēptū ei⁹ introducere conant, negligit. qm̄ qui

V iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



dem ipſis voluminibus nomina ſua diligẽter adiẽciũt, vt quod ꝓfeſſione deuant, vſurpatiõe memoriæ cõſequant, Sed qualiſcũq; horũ diſſimulatio, pro poſito dlorũ longe tolerabilior eſt, qui dum æternã memoriam aſſequerẽtur etiã ſceleribus innoteſcere non dubitarũt, quorũ e nũero neſcio an in primis Pauſanias debet referri, nã cũ Hermoclẽ pcũctatus eſſet, q̃nãmodo ſubito clarus poſſet euadere, atq; is reſpondiſſet, ſi illuſtrẽ virũ aliquẽ occidiſſet, futurũ vt gloria eius ad ipm redũdaret, cõtinuo Philippũ interemit, & quidem q̃d petierat aſſecutꝰ ẽ, tã eſſ ſe parricidio, q̃ Philippꝰ virtute notũ reddidit,

DE QVODAM QVI PROPTER GLORIAM INCENDERE VOLVIT TEMPLVM DIANE,

Illa vero gloriæ cupiditas ſacrilega, inuẽtus ẽ eũ q̃ Dianæ Epheſiæ tẽplum incẽdere vellet, vt ope pulcherrimo cõſumpto, nomẽ eius p totũ terrarũ orbem diffunderẽt, quẽ qdẽ mẽtis furorẽ eculeo impoſitꝰ detexit, ac bũ cõſulta erãt Epheſij decreto memoriã teterrimi hoĩs abolẽdo niſi, Theopompi magnæ facũdiæ ingenũ, in hiſtoriis eũ ſuis cõprehẽdiſſet,

QVE CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERVNT, CA, XVI.

c Audidis aũt animis voluptatẽ ꝑbuerũt in cõſpicuo poſita, quæ cuiq; magnifica merito cõtigerunt. qa æq; premiorũ virtus, atq; honorũ cõtẽplatio, iudicãda eſt. ipa Natura nobis alacritatẽ ſubminiſtrãte cũ honorẽ induſtriæ appeti, & exolui grate videmꝰ, verũ etſi mẽs hoc loco ꝓpius ad anguſtã domũ beneficẽtiſſimũ & honoratiſſimũ tẽplũ oĩi impetu fertur, melius cohibebiẽ, qũ cui aſcẽſus in cœlũ patet, quãuis maxima, tũ debito miora ſunt, q̃ in terris tribuunt. DE SVPERIORE AFRICA,

Supiori Africano cõſulatus citerior legitimo tẽpore datꝰ eſt, q̃d fieri oportere, exercitus ſenatũ literis admonuit, Ita neſcias vtrũ illi plus decoris patrũ cõſcriptorũ auctoritas, an militũ cõſilitũ adiecerit, toga eĩ Scipionẽ ducẽ aduerſus pœnos creauit, arma poposcerũt, cui quæ in vita ꝓcipua aſſignata ſũt & longũ eſt referre, qa multa. & nõ neceſſariũ. qa maiore ex parte iam relata ſunt, Ita q̃, quod hodie q̃q; eximiũ eius memoria capit, adiiciam, imaginem in cella Iouis Opt, Max, poſitã habet, quę q̃tieſcũq; munꝰ aliquod Corndi gentis celebrandum eſt, inde petitur, vnic; illi inſtar atrij capitolium eſt, Tam Hercle. q̃ curia, ſuperioris Catonis effigies, ad eius generis officia

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG urn:nbn:de:bvb:20-35a1039,0216-9 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



QVE CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERVNT,

expromit, gratũ ordinẽ, qui vtilissimũ Reip. senatorẽ, tm̃ nõ sp secũ habitare voluit. omnib⁹ nũeris virtutis diuitẽ, magisq; suo merito, q̃ fortunæ bñficio, magnũ cuius prius cõsilio, q̃ Scipionis impio est deleta Carthago,

DE SCIPIONE NASICA,

Verũ specimen honoris a Scipione quoq; Nasica oborit, eius nanq; manibus. & penatib⁹ nondũ quæstoris. Senatus Pythij Apollinis monitu, Pessinunte accersitã deã excipi voluit, qa eodẽ oraculo p̃ceptũ erat, vt hæc mysteria matris deũ, a sanctissimo viro præstarent, explica totos fastos. constitue om̃es currus triũphales, nihil tñ in eorũ principatu speciosius repies,

DE SCIPIONE AEMILIANO,

Tradũt subinde nobis ornamẽta sua Scipiones cõmemoranda, Aemilianũ em̃ popul⁹ ex cãdidato ædilitatis, Cõsulẽ fecit, eundẽq;, cũ q̃storijs comitijs suffragator Q. Fabij M. fratris filij, in cãpũ descẽdisset. Cõsulẽ iterũ reduxit, Eidẽ senatus bis sine sorte pri⁹ Africã, deinde Hispaniã dedit Atq; hæc neq; ciui cupido, neq; senatori ambitioso, quẽadmodũ nõ solũ vitæ eius seuerissimus cursus, sed etiã mors clãdestinis illata insidijs declarauit,

DE MARCO VALERIO,

Marcũ q̃q; Valeriũ duab⁹ reb⁹ insignib⁹ dij pariter. atq; ciues speciosum reddiderũt, Illi cũ quodã Gallo comin⁹ pugnãti coruũ pugnatorẽ subijciẽtes, ij tertiũ & vigesimũ annũ ingresso, cõsulatũ largiti, q̃rũ alterũ dec⁹ vetustæ originis optimi hoĩs gẽs Coruina amplexa cognomẽ vsurpat, alterũ summo subiungit ornamẽto, tam celeritate, q̃ principio cõsulatus gloriando,

DE Q. SCEVOLA,

At ne Quinti qdẽ Scæuolæ, quem Lucius Crassus in consulatu collegã habuit, gloria parũ illustris, qui Asiam tam sancte, & tam fortiter obtinuit, vt senatus deinceps in eam prouinciã ituris magistratibus, exẽplum, atq; formam officij Scæuolã decreto suo ꝓponeret,

DE CAIO MARIO,

Inhærent illi voci posterioris Africani, septẽ. C. Marij cõsulat⁹, ac duo amplissimi triũphi. ad rogũ em̃ vsq; gaudio exultauit. qui cũ apud Numãtiam sub eo duce stipẽdia equæstria mereret. & forte inter cœnã qdã Scipionẽ interrogasset, siqd illi accidisset, quẽ nam res. æq; magnum habitura esset im-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



peratorē.reſpiciēs ſe ſupra ipm cubantē, vel hūc dixit, q̄ augurio perfectiſſi
ma virtus.maximā orientē virtutē viderit ne certius,an efficatius acciderit.p
pendi vix poteſt,illa nimirum cœna militaris, ſpecioſiſſimas tanta in vrbe
Mario futuras cœnas ominata eſt. Poſtq̄ Cimbros ab eo deletos initio noo
tis nūtius puenit,nemo fuit,qui non illi tanq̄ dīis immortalibus,apud ſacra
menſæ ſuæ libauerit, DE CN,POMPEIO,

Iā quæ in Cn,Pōpeiū & ampla.& noua geſta ſunt,hinc aſſenſione fauoris,
illinc fremitu inuidiæ,litterarū monimētis obſtrepiē.Eques Romanꝰ,pōꝓ
ſul in Hiſpania aduerſus Sertorū pari impio cū pio Metello principe ciuita
tis miſſus eſt.nō dū illū honorē auſpicatꝰ bis triūphauit,Initia magiſtratuū a
ſummo impio cepit,tertiū cōſulatū decreto ſenatꝰ ſolꝰ geſſit,De Mithridate.
& Tigrane,de multis ꝓterea regibꝰ,& gētibꝰ,plurimiſq; ciuitatibꝰ & ꝓdoti
bus vnū duxit triūphū, DE Q, CATVLO,

Quintū etiā Catulū Populꝰ Romanꝰ voce ſua tū nō ad ſydera vſq; euexit
Nam cū eo ꝓ roſtris interrogaret ſi, in vno Pōpeio magno oīa reponeret
ꝓfeciſſet,abſumpto illo ſubiti caſus incurſu,in q̄ ſpem eſſet habiturꝰ,ſum
mo conſenſu acclamauit,in te.vim honorati iudicij admirabilē,ſiqdē mag
no Pompeio cū oīb⁹ ornamētis,quæ retuli.duarū ſyllabarū ſpacio inclu
ſum Catulū æquauit, DE M, CATONE,

Poteſt & M.Catonis e Cypro cū regia pecunia reuertētis appulſus ad ripā
Tyberis,memorabilis videri,cui naue egredienti Cōſules & cæteri magiſtra
tus,& vniuerſus S,P,Q,R,oficij gra præ.to fuit,nō q; magnū pondꝰ auri
& argēti,ſed q; M.Catonē claſſis illa incolumē aduexerat,lætatus,

DE LVCIO MARCIO,

Sed neſcio an ſcripturū ſit L.Marcij inuſitati decoris exēplū,quē eqtē Roma
num duo exercitꝰ P,& Cn,Scipionū iteritu,victoria q; Aſdrubalis lacerati.
ducē legerūt,q̄ tēpore ſalus eorū in vltimas anguſtias deducta,nullū ambi
tionis locū relinquebat, DE SVLPITIA,

Merito cōmemoratōi virorū Sulpitia Seruij Paterculi filia Q.Fuluij Flacci
vxor adijcib⁹,quæ cū ſenatꝰ libris ſibyllinis ꝓ decēuiros inſpectis cenſuiſſet.
vt Veneris Verticordiæ ſimulacrū cōſecrarēt,q̄ facilius virginum,mulierū
q; mens a libidine,ad pudicitiam conuerteretur.& ex omnibus matronis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG urn:nbn:de:bvb:20-35a1039.0218-0 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CVPIDITATE GLORIAE.

centũ, ex cẽtũ aũt decẽ sorte ductæ, de sanctissima femina iudiciũ faceret, cũ eis castitate ꝑlata est, EXTERNA DE PYTHAGORA.

Cæterũ qa sine vlla diminutione Romane maiestatis externa ꝗq; insignia respici possunt, ad ea trãsgrediamur Pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tributa est vt, quæ ab eo acceperãt, in disputationẽ deducere nefas existimarẽt, quinetiã interpellati ad reddendã causam, hoc solũ respondebant, αυτος εφη, Magnus honos, sed schola tenuis illa vrbiũ suffragijs tributa,

DE EODEM PYTHAGORA.

Enixo Crotoniatæ studio ab eo petierunt, vt senatũ ipsorũ, qui mille hoĩnũero cõstabat, cõsilijs suis vti patereẽ opulẽtissimaq; ciuitas tam frequẽter venerati post mortẽ, domũ ei⁹ Cereris sacrariũ fecerũt. ꝗq; illa vrbs viguit, & dea in hois memoria, & homo in deæ religione cultus est.

DE GORGIA LEONTINO,

Gorgiæ vero Leontino studijs litterariũ ætatis suæ cũctos præstanti, adeo vt prim⁹ in cõtẽtu poscere, q̃ de re qsq; audire vellet, ausus sit, vniuersa Græcia in tẽplo Delphici Apollinis statuã solido ex auro posuit, cũ cæterorũ ad id tẽpus auratas collocasset,

DE AMPHIARAO,

Eadẽ gens summo consensu ad Amphiaraũ decorandũ incubuit. locũ in q̃ hũatus est, in formã cõditionẽq; tẽpli redigẽdo, Atq; inde oracula capi instituendo, eius cineres idẽ honoris possidẽt, q̃d pythicæ Cortinæ, q̃d Aheno Dodonæ, quod Hammonis fronti datur,

DE PHERENICE,

Pherenices ꝗq; nõ vulgaris honos, cui soli omniũ fœminarũ gymnico spectaculo interesse permissum est. cũ ad olympia filiũ Euclea certamen ingressũ adduxisset, Olympionica patre genita, fratribus eandem palmam assecutis latera eius cingentibus,

VALERII MAX, LIBER NONVS, DE LVXVRIA, Caput. I.

Laudum etiam malum luxuria. quã accusare aliquanto facilius est, ꝗ vitare, operi nostro inseratur, non quidẽ
b vt vllum honorem recipiat, sed vt se ipsam recognoscens ad penitentiam impelli possit. iungatur illi libido, quoniam ex ijsdem vitiorum principijs oritur,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG urn:nbn:de:bvb:20-bsb10319219-0 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

neq; aut reprehēsione, aut ab emendatione separent̄ gemino mentis errore connexæ,

DE C. SERGO ORATA.

Caius Sergi⁹ Orata pensilia balnea prim⁹ facere instituit, quæ impēsa leuib⁹ initijs cœpta, ad suspensa calidæ aquæ tm̄ non æquora penetrauit, Idē videlicet ne gulā Neptuni arbitrio subiectā haberet, peculiaria sibi maria excogitauit. æstuarijs intercipiēdo fluct⁹, pisciūq; diuersos greges separatis molibus includendo, vt nulla tā sæua tēpestas incideret, qua non oneratæ mensę varietate pisciculorū abundarent Aedificijs etiā spaciosis, & excelsis, deserta ad tempus ora Lucrini lacus pressit, q̄ recentiore vsu conchyliorū frueretur, vbi dū se publicæ aquæ cupidius inmergit, Considij publicani iudicium naictus est, in q̄ Lucius Crassus aduersus illū causā agens, errare amicū suū Cōsidium dixit, q; putaret Oratam remotum, a lacu cariturū ostreis. nanq; ea si inde petere non licuisset, in tegulis reperturum, Huic nimirum magis Aesopus tragœdus in adoptionem dare filium suū, q̄ bonorū suorum hæredem relinquere debuit, non solū ꝑditæ. sed etiā furiosæ luxuriæ iuuenem. quē constat cantu cōmendabiles auiculas immanibus emptas precijs, in cœna ꝓ fice dulis ponere, acetoq; liquatos magnæ sūmæ vniones potionibus aspergere solitum, amplissimū patrimoniū tanq̄ amaram aliquā sarcinam q̄ celerrime abijcere cupientē, quorū alteri⁹ senis, alterius adulescentis sectā secuti, lōgius manū porrexerūt, neq; enim vllū finit̄ viciū ibi, vbi oritur, Inde ab Oceani littoribus attracti pisces, inde infusæ culinis arcæ censibusq; edendi atq; bibēdi voluptas reperta est,

DE MVLIERIBVS ROMANIS,

Vrbi aūt nr̄æ secūdi belli punici finis, & Philippus Rex Macedoniæ deuictus. licētioris vitæ fiduciā dedit. quo tp̄e matronæ Brutorū domū ausę sunt obsidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erant, quā fœminæ tolli cupiebāt, q̄a his nec veste varij coloris vti, nec auri plus semiūcia habere nec iūcto vehiculo ꝓpi⁹ vrbē mille passibus nisi sacrificij gr̄a vehi ꝑmittebat, Et quidē obtinuerūt, vt ius ꝑ cōtinuos viginti annos seruatum aboleretur. nec em̄ ꝓuiderūt seculi illius viri. ad quē cultū tenderent insoliti cœtus pertinax studiū, aut quo se vsq; effusura esset legum victrix audacia quod si animo muliebres apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE LVXVRIA,

nouitatis fumptuosius adiectũ est, in ipso introitu ruẽti luxuriq obstitissent, Sed quid ego de feminis vteri⁹ loquor? ęs & imbecillitas mẽtis, & grauiorũ operũ negata affectatio, ociũ studiũ ad cultioriẽ sui cultũ hortatur cõferre cum temporũ superiorũ & nois, & animi excellẽtes viros, in hoc priscæ continentiæ ignotũ aduerticulũ, plapsos videã, idq; iurgio ipsorũ pateat.

DE CN, DOMITIO ET L. CRASSO,

Cneus Domitius Lucio Crasso collegæ suo alteratione orta obiecit, q̃d columnas hymetias in porticu dom⁹ haberet, quẽ cũ cõtinuo. Crassus quãti ipse domũ suã æstimaret, interrogaret. atq; vt respondit sexagies sestertio. quo ergo eam ingt mioris fore æstimas, si decẽ arbusculas inde succidero? ipe tricies sestertio inqt Domitius. tũc Crassus, vter igit luxuriosior est? egone q decẽ columnas C. millibus nũmũ emi? an tu q decẽ arbusculas vmbram tricies sestertiũ summa cõpensas? Sermonẽ oblitũ Pyrrhi, immemorẽ Annibalis, iamq; transmarinorũ stipendiorũ abũdantia ociosas tẽ. & quãto tamẽ in sequentiũ seculorũ ædificijs & nemorib⁹ augustiorẽ ritũ introduxerũt, atq; inchoatã a sc lauticiã posteris relinquere. cũ a maioribus acceptã continentiã retinere maluerũt,

DE METELLO PIO,

Quid essũ sibi voluit princeps suorũ temporũ Metellus Pius tunc cũ in Hispania aduentus suos ab hospitib⁹ aris. & thure excipi patiebat? quũ attalicis aulæis cõtectos parietes læto animo intueba? cũ immanibus epulis apparatissimos iterponi ludos sinebat? cũ palmata veste cõuiuia celebrabat? demissasq; lacunaribus aureas coronas velut celesti capite recipiebat? & vbi istæ non in Græcia, neq; in Asia, quarũ luxuria seueritas ipsa corrumpi poterat, Sed in horrida, & bellicosa, puincia, cum præsertim acerrimus hostis Sertorius Romanorũ exercituũ oculos lusitanis telis perstringeret, adeo patris illi sui in umidica castra exciderant. patet igitur q̃ celeri transitu luxuria affluxerit, Nam cuius adulescẽtia priscos mores vidit senectus nouos orta est.

DE CVRIONIBVS,

Cõsimilis mutatio in domo Curionũ extitit. Siqdẽ forũ nãm, & pãs grauissimũ supciliũ, & filij sexcẽties sestertiũ æris alieni aspexit cõtractũ famosa iniuria nobilitũ immenũ, Itaq; eodẽ tge, & in ijsdem penatibus diuersa secula habitarũt. frugalissimũ alterũ. alterũ nequissimũ, DE PVB, CLODIO.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG um rbin.de.bvb:20-35a10139.24 1-8 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Publij aũt Clodij iudiciũ quãta luxuria, & libidine abũdauit? in quo vt euidenter incesti crimie nocẽs reꝰ absolueret, noctes matronarũ, & adulescentium nobiliũ magna summa emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ sunt, quo in flagitio tam tetro, tamq; multiplici nescias primũ quẽ detestere, an q istud corruptelæ genus excogitauit? an qui pudicitiã sequestrem piurij fieri passi sunt? an q religionẽ stupro pmutarũt.

DE GEMELLO TRIBVNITIO,

Aeq; flagitiosum illud conuiuiũ, quod Gemellus Tribunitius viator ingenui sanguinis, sed officij intra seruilẽ habitũ deformis, Metello & Scipione Consulibus, ac tribunis plebis, magno cũ rubore ciuitatis cõparauit, lupanari eñ domi suæ instituto, Mutiã et Fuluiã tũ a pr̃e, tũ a viro vtrãq; inclytã & nobilẽ puerũ Saturninũ in eo pstituit, pbrosa sapiẽtiæ corpora ludibrio temulentæ libidinis futura, epulas Consulibus & Tribunis non celebrãdas sed vindicandas.

DE CATILINA,

Verũ præcipuæ Catilinæ libido scelesta, nam Vesano amore Aureliẹ Orestillæ corruptus, cũ vnũ impedimentũ videret, quo minus nuptijs inter se iũgerent, filiũ suũ, quẽ & solũ, & ætate iam puberẽ habebat, veneno sustulit, ptinusq; ex rogo eius maritalẽ facẽ accendit, ac nouẹ maritæ orbitatẽ suã loco muneris erogauit, eodẽ deinde animo ciuẽ, quo patrẽ egerat, filij pariter manibus, & nefariæ attentatæ patriæ pœnas dedit.

DE ANNIBALE,

At Cãpana luxuria, perq̃ vtilis ciuitati nostræ fuit, Inuictũ eñ armis Annibalẽ illecebris suis cõplexa, vincendũ romano militi tribuit, Illa vigilantissimũ ducẽ, illa exercitũ acerrimũ dapibus largis, abundãti vino, vnguentorũ fragrantia, veneris vsu lasciuiore ad summũ, & delitias euocauit, actũ demũ fracta & cõtusa punica feritas est, cum Seplasia ei, & Albana castra esse cœperũt, Quid ergo his vitijs fœdius? Quid etiã damnosius? quibꝰ virtꝰ atteritur, victoriæ languescũt, sopita gloria in infamiã cõuertitur, animiq; pariter & corporis vires expugnant, adeo vt nescias ab hostibus ne, an ab illis capi perniciosius habendum sit,

DE VOLSINIENSIBVS,

Quæ etiã Volsiniensiũ vrbẽ grauibus, & erubescendis cladibus implicarũt,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



erat opulenta, erat moribus, & legibus ornata, Etruriæ caput habebat̄. sed postq̄ luxuria ꝓlapsa est, in ꝓfundū iniuriarū, & turpitudinis decidit, vt seruorū se insolētissimæ dñationi subijceret, q primū admodū pauci senatoriū ordinē intrare ausi, & mox vniuersam rēpu, occupauerūt. testamēta ad arbitriū suū scribi iubebāt, cōuiuia, cœtusq; ingenuorū fieri vetabāt, filias dominorū in matrimoniū ducebāt, postremo lege sanxerūt, vt stupra sua in viduis pariter, atq; nuptis impunita essent, ac neq̄ virgo ingenuo nuberet cui⁹ castitatem nō ante ex numero ipsoꝝ aliqs delibasset,

DE XERXE,

Age, Xerxes opū regiarū ostentatiōe eximia eo vsq; luxuria gaudens, vt edicto premiū ei ꝓponeret, qui nouū voluptatis genus repisset, quanta (dū delicijs nimijs capit̄) amplissimi imperij ruina euasit,

DE ANTIOCHO REGE SYRIE,

Antiochus q̄q; Syriæ Rex nihilo contēptioris exēpli, cuius cæcā & amentē luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos habuit, argēteaq; vasa ad vsum culinæ cōparauit, & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit, auaro potius hosti præda optabilis: q̄ vlla ad vincendū strenuo mora,

DE PTOLOMEO REGE AEGYPTI,

Iam Ptolomeus Rex accessione vicioꝝ suorum vixit, Ideoq; Physcon appellatus ē, cui⁹ neqtia qd nequs: sororē natu maiorē cōmuni fratri nuptam sibi nubere coegit, postea deinde filia eius ꝑ vim stuprata ip̄am dimisit, vt vacuum locū nuptijs puellæ faceret,

EE POPVLO AEGYPTI,

Cōsentaneus igit̄ regib⁹ suis gētis ægyptiæ popul⁹, q ductu Archelai aduersus Aulū Gabiniū mœnib⁹ vrbis egressus, cū castra vallo, atq; fossa cīgere iuberet, vniuersus succlamauit, vt id opus publica pecunia faciendū locaret̄ quapropter delitijs tam enerues animi, spiritū exercitus nostri sustinere nō potuerunt,

DE CYPRIIS,

Sed tñ effœminatior multitudo Cypriorū, q reginas suas mulierū corporibus velut gradibus cōstructis, quo mollius vestigia pedū ponerent. currus cōscendere æquo animo sustinebāt, viris eñ, si modo viri erāt, vita carere. q̄ tam delicato imperio obtempare satius fuit, Hæc est societas vitiorū lasciui vultus, & nouæ cupiditati inhærentiū oculorū, ac delicato vultu affluētis, perq; varios illecebrarum motus volitantis animi,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9.24 3-8
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER NONVS,

DE CRVDELITATE, CAPVT SECVNDVM,

c Rudelitatis vero horridus habitus, truculenta ſpecies. violenti ſpiritus. vox terribilis. omnia minis & cruentis imperijs referta. cui ſilentiũ donare, incrementũ eſt adijcere. etemẽ quẽ modũ ſibi ipſa ſtatuet. ſi ne ſugillationis quidem frenis fuerit reuocata? ad ſummã cum penes illam ſit timeri. penes nos ſit odiſſe,

DE LVCIO SYLLA,

Lucius Sylla, quẽ neq; laudare. neq; vituperare quiſquã ſatis digne poteſt. quia dum quærit victorias, Scipionem ſe Populo romano dum exercet Annibalem repræſentauit. egregia nanq; autoritate nobilitatis defenſa. crudeliter totam vrbẽ. atq; omẽes Italiæ partes. ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit. q̃tuor legiones cõtrariæ partis fidẽ ſuam ſecutas, in publica villa, quæ in martio cãpo erat, neqcq̃ fallacis dextræ miſericordiã implorãtes. obtrũcari iuſſit. quarũ lamẽtabiles queritatus trepidę ciuitatis aures receperũt, lacerata ferro corpora Tyberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus eſt, Quinq; millia præneſtinorũ ſpe ſalutis. per P. Cethegum data, extra mœnia municipij euocatos, cũ abiectis armis humi corpora proſtrauiſſent, interficiẽda, protinuſq; per agros diſpergenda curauit. Quattuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas retulit. videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur, Nec contentus in eos ſæuire, qui armis a ſe diſſenſerant. etiam quieti animi ciues. propter pecunię magnitudinem per nomenclatorem conquiſitos proſcriptorum numero adiecit, Aduerſus mulieres quoq; gladios diſtrinxit, quaſi parum cædibus virorum ſaciatus. Id quoq; inexplebilis feritatis indicium eſt. abſciſſa miſerorum capita modo non vultum ac ſpiritum retinentia. in conſpectũ ſuum afferri voluit. vt oculis illa, quia ore nefas erat, manderet, Quã porro crudeliter ſe in M, Mario prætore geſſit? quem per ora vulgi ad ſepulchrum Luctatiæ gentis pertractũ. non prius vita priuauit, q̃ oculos infœlicis erueret, et ſingulas corporis partes cõfringeret, Vix mihi veriſimilia narrare videor, At ille etiam M, Plætoriũ, quod ad eius ſuppliciũ exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit. nouus punitor miſericordiæ. apud quem iniquo animo ſcelus intueri, ſcelus admittere fuit, Sed mortuorũ vmbris ſaltem pepercit? minime, Nam C, Marij, cuius et ſi poſtea hoſtis, Quæſtor tamen aliquãdo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



fuerat, erutos cineres in Anienis alueū sparsit, in quibus actis fœlicitatis nomen asserendum putauit,

DE CAIO MARIO,

Cuius tamē crudelitates C, Marij inuidiā leuant, nam & ille nimia cupiditate psequendi inimicos iram suam nefarie distrinxit, C, Cæsaris Consularis, & Censorij nobilissimū corpus ignobili seuicia trucidando, & quidē apud seditiosissimi & abiectissimi hominis Varij bustum, id eñ malorū miseriæ tunc Reipublicæ deerat, ut Varij Cæsar piaculo caderet, pene tanti victoriæ eius non fuerunt, quarū oblitus plus criminis domi: q̄ laudis in militia meruit, Idem caput M, Antonij abscissum suis manib⁹ inter epulas per summam animi, ac verborū insolentiam aliquādiu tenuit, clarissimiq; & ciuis & oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus, Atq; etiam P, Annium qui id attulerat in sinum suū recetis cædis vestigijs aspersum recepit,

DE DAMASIPPO,

Damasippus nihil laudis habuit, quod corrūperet, itaq; memoria eius licentiore accusatione pstringit̄, cuius iussu principū ciuitatis capita hostiarū capitibus permixta sunt, Carbonisq; Aruinæ truncū corpus patibulo affixū gestatum est, adeo vt flagitiosissimi hominis prætura multū, aut Reipublicæ maiestas nihil potuit,

DE MVNATIO FLACCO ROMANO,

Munatius enim Flaccus Pompeiani nomis acrior-q̄ probabilior defensor, cum ab imperatore Cæsare in Hyspania inclusus mœnibus Attinguēsiū obsideret̄, efferatam crudelitatē suā truculentissio genere vesaniæ exercuit, omnes eñ eius oppidi ciues. quos studiosiores Cæsaris senserat, iugulatos muris precipitauit, feminas quoq; citatis nominibus virorū qui in contrarijs castris erant, vt cædes coniugū suarū cernerēt, & maternis gremijs suppositos liberos trucidauit, Infantes alios in conspectu parentū humo infigi: alios supreiactos pilis excipi iussit, quæ auditu etiā intolerabilia, Romano iussu, lusitanis manibus administrata sunt, cuius gentis p̄sidio Flaccus vallatus, diuinis operibus. vecordi pertinacia resistebat,

EXTERNA, DE CARTHAGINENSIBVS,

Trāsgrediamur nūc ad illa quibus vt par dolor, ita nullus nostræ ciuitatis rubor inest, Carthaginēses Attiliū Regulū palpebris resectis, machina in q̄ vndiq; prçacuti stimuli eminebant inclusum vigilantia pariter, & continuo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



tractu doloris necauerũt. tormenti genus indignũ passo, autoribus dignissimũ, Eadẽ crudelitate vsi in milites nostros, Martis certamine in suam potestatẽ redactos, nauibus substrauerũt, vt earũ carinis, ac pondere elisi, inusitata rõne mortis barbarã feritatẽ saciarent tetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

DE ANNIBALE,

Horũ dux Annibal, cuius maiore ex parte virtus sæuitia cõstabat, in flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitũ traduxit. vt æque terrestriũ scelestũ Carthaginẽsiũ copiarũ egressum terra, q̃ marinarũ Neptun⁹ experiretẽ, Idem captiuos nostros oneribus & itinere fessos iã prima pedum parte succisa relinquebat, Quos vero in castra pduxerat, paria fratrũ & propinquorũ iũgens, ferro decernere cogebat, neq; ante sanguine explebat q̃ ad vnũ victorẽ. omẽs redegisset Iusto ergo illũ odio. verũtamẽ tardo supplicio senatus, Prusiæ regis factũ supplicẽ, ad volũtariã mortem cõpulit,

DE REGE MITHRIDATE,

Tam Hercle, q̃ Mithridatẽ regẽ. q vna epistola octoginta millia ciuiũ Romanorũ in Asia p vrbes negociandi gratia dispsa interemit. tantæq; puinq; hospitales deos, iniusto, sed nõ inulto cruore respsit, qm̃ cũ maxio cruciatu veneno repugnantẽ spiritũ suũ tandẽ succũbere coegit. Simulq; piacula crucibus illis dedit. qbus illos amicos suos autore Gauro spadone libidinosus obsequio, scelestus imperio affecerat.

DE GENTIS THRACIAE REGNA.

Numulisintis Diogiridis filiæ Thraciæ regis, et si min⁹ admirabilẽ crudelitatẽ gẽtis ipsi⁹ feritas narrãdã. tñ rabies seuitiæ facit, cui neq; viuos hoĩes medios secare neq; parẽtes liberorũ vesci corporib⁹ nefas fuit,

DE PTOLEMEO REGE EGYPTI ET DE CLEOPATRA,

Iterũ Ptolome⁹ Physcon emergit, paulo ante libidinosæ amẽtiæ teterrimũ exemplũ, idem etiã inter præcipua crudelitatis indicia referẽdus, Quid etiã hoc facto truculentius? filium suum nomine Memphitem, quem ex Cleopatra eadem sorore & vxore sustulerat. liberalis forme, optimæ spei puerũ in conspectu suo occidi iussit. pedes eius præcisos, & caput & manus in cistam chlamyde opertus pro munere natalicio matri misit. periude quasi ipse cladis, quã illi inferebat expers, ac non infœlicior, q; in communi orbitate Cleopatram miserabilẽ, cunctis se inuisum redderet, Adeo cæco furore

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CRVDELITATE,

summa queq; efferuescit crudelitas, cui munimentũ ex seipsa reppit, Nã cũ animaduerteret, quãto sui odio patria teneret, timori remediũ scelere petiuit quoq; tuti⁹ plebe trucidata regnaret frequẽs iuuẽtute Gymnasium armis & igni circũdedit. omnesq; q in eo erãt, partim ferro, partim flãma necauit,

DE OCHO DICTO DARIO,

Ochus aũt, q postea Dari⁹ appellat⁹ est, sanctissimo persis iureiurãdo obstrictus, ne quẽ ex cõiuratiõe, quæ septẽ magos cũ eo oppresserat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimẽtorũ necaret. crudeliorẽ mortis rationẽ excogitauit. q̃ hos iũctos sibi. nõ perrupto vinculo religionis tolleret, septũ eñ altis parietibus locũ cinere cõpleuit. suppositoq; tigno prominẽte. benigno cibo, & potione exceptos in eo collocabat. e q̃ somno sopiti. in illã insidiosam cõgeriẽ decidebãt,

DE OCHO ARTAXERXE,

Aptior. & tetrior alterius Ochi cognomĩe Artaxerxis crudelitas. q Ocham sororẽ. atq; eandẽ socrũ viuã capite defodit, & patruũ cũ cẽtũ & ampli⁹ filijs acnepotibus vacua area destitutũ iaculis cõfixit, nulla iniuria lacessitus, sed q̃di his maximã apud Persas ꝓbitatis, & fortitudĩs laudẽ cõsistere videbat.

DE ATHENIENSIBVS,

Cõsimili gñe æmulatõis instincta ciuitas Atheniẽsiũ indigno gloriæ suæ decreto Aeginẽsiũ iuuẽtuti pollices abscidit, Vt classe potẽs populus, in certamen maritimarũ viriũ secũ descẽdere nequiret, Nõ agnosco Athenas timori remedium a crudelitate mutuantes,

DE INVENTORE AENEI TAVRI,

Sæuus etiam ille Aenei tauri inuẽtor. quo inclusi subditis ignib⁹, lõgo & abdito cruciatu. mugitus resonantẽ spiritũ edere cogebant, ne eiulatus eorum hũano sono vocis expressi, Phalaridis tyranni misericordiã implorare possent. quã. q a calamitosis deesse voluit. teterrimũ artis suæ opus prim⁹ artifex inclusus merito auspicatus est,

DE ETRVSCIS,

At ne Etrusci quidẽ parũ feroces in pœna excogitanda, qui virorũ corpora cadaueribus aduersa aduersis alligata. atq; cõstricta, ita vt singulæ membrorum partes, singulis essent accommodatæ, tabescere simul patiebant. amari vitæ pariterac mortis tortores,

DE BARBARIS.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Sicut illi Barbari, quos ferũt mactatarũ pecudũ intestinis & visceribus egestis, homies inserere, ita vt capitibus tantũmodo emineãt, atq; diutiꝰ pœnæ sufficiãt, cibo & potione infœlicẽ spiritũ ꝓrogãt, donec intꝰ putrefacti laniati sunt ab animalibus. quæ tabidis in corporibus nasci solent, Queramur nũc cum natura rerũ, ꝙ nos multis & asperis aduersę valetudinis incõmodis obnoxios esse voluerit. habitũq; cœlestis roboris hũanę cõditioni denegatum moleste feramus. cum tot cruciatus sibimetipsa mortalitas impulsu crudelitatis excogitauerit,

DE IRA ET ODIO, CAPVT TERTIVM,

i Ra quoq;, aut odiũ in pectoribus humanis magnos fluctus excitant. ꝓcursu celerior illa nocendi cupidine hoc ꝑtinaciꝰ, vterq; cõsternationis plenus affectus. ac nunq̃ sine tormento sui violentꝰ, qa dolorem cũ inferre vult. patiẽ amara sollicitudie, ne nõ cõtingat vltio, anxius sed ꝓprietatis eorũ certissimæ sunt imagines. quas dij ipsi in claris ꝑsonis, aut dicto aliquo, aut facto vehemẽtiore conspici voluerũt,

DE LIVIO SALINATORE,

Cum aduersus Hasdrubalẽ Liuius Salinator bellũ gesturꝰ vrbe egrederet, monente Fabio Maximo. ne ante descẽderet in aciem. q̃ hostium vires, animumq; cognosceret, primã occasionẽ pugnãdi nõ omissurũ se respondit, Interrogatusq; ab eodẽ, qd ita tã festinanter manũ conserere vellet? vt q̃ celerrime (inquit) aut gloriam ex hostibus victis. aut ex ciuibus ꝑstratis gaudium capiam, Ira tunc: atq; Virtus sermonẽ eius inter se diuiserunt. illa iniustæ dãnationis memor. hæc triũphi gloriæ intenta, Sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere, & sic vincere,

DE FIGVLO,

Ardentis spiritus virum, & bellicis operibus assuetum. huc iracũdiæ stimuli egerunt, C. aũt Figulũ mansuetissimũ. pacato iuris ciuilis iudicio celeberrimũ, prudentiæ, moderationisq; inmemorẽ reddiderũt, Cõsulatꝰ eñ repulsę dolore accẽsus, eo quidẽ magis, ꝙ illum bis patri suo datũ meminerat. cũ ad eum postero comitiorũ die multi cõsulendi causa venissent, omnes dimisit, ꝑfatus, oñes cõsulere scitis, Cõsulẽ facere nescitis, dictum grauiter. & merito sed tñ aliquãto melius non dictũ,

DE PATRICIIS ROMANIS,

Nam quis Populo Romano irasci sapienter potest. Itaq; ne illi quidem pro

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE IRA ET ODIO,

bandi quãuis factũ eorũ nobilitatis splendore ꝓtectũ sit, qui. ꝙ Cn, Flauius humillimæ quondã sortis pręturã adeptꝰ erat, offensi annulos aureos sibimet ipsis, & phaleras equis suis detractas abiecerũt, dolotis impotentia tñ non luctum ꝓfecto testati, talis ire motus aut singulorũ, aut paucorũ aduersus populũ vniuersum, Multitudinis aũt erga principes. ac duces eiusmodi

DE IVVENIBVS ROMANIS ET MANLIO TORQVato,

Mãlio Torquato amplissimã & gloriosissimã ex latinis & cãpanis victoriã in vrbẽ referẽti, cũ seniores omẽs lætitia ouãtes occurrerẽt, iuniorũ nemo obuiam ꝓcessit. quod filiũ adulescẽtẽ fortissime aduersus imperiũ suũ preliatũ securi ꝑcussum occidisset, miserti sunt æquales nimis aspe puniti. nec factum eorũ defendo. sed iræ vim indico. quæ vnius ciuitatis. & ætates, & affectꝰ diuidere valuit, Eadẽq; tñ potuit, vt vniuersum Po. Ro. equitatũ a Fabio Cõsule ad hostium copias ꝑsequendas missum, cum & tuto. & facile eas liceret delere. legis agrariæ ab eo impeditæ memorẽ. immobilẽ retineret. Illa vero etiam Appio duci, cuius pater, dũ ꝓ Senatus amplitudine nitit. cõmoda plebis acerrime impugnauerat, infensum exercitũ faciendo, voluntaria fuga terga hosti, ne triũphũ imperatori quæreret. dare coegit. Quoties victoriæ victrix, cõgratulationẽ eius in Torquato spernendã in Fabio pulcherrimam partem omittẽdam, In Appio totam fugæ ꝓponendã reddidit.

DE EODEM POPVLO ROMANO,

Age q̃uiuolenter se in pectore vniuersi Popu. Roma. gessit eodẽ tẽpore. quo suffragijs eius dedicatio ædis Mercurij M. Pletorio primipili cẽturioni data est ꝑteritis Cõsulibus Appio, ꝙ obstitisset. quo minus ęre suo alieno succurreret, & Seruilio, ꝙ susceptã causam suã languido ꝑfocinio ꝓtexisset Negas efficacẽ iram cuius hortatu miles summo impio ꝑlatus est? quæ quidem nõ ꝓculcauit tñ imperia, sed etiã gessit impotẽter,

DE METELLO,

Nanq; Metellus cũ vtranq; Hispaniã Cõsul priꝰ. deinde Procõsul pene iam subegisset, postq̃ cognouit Q. Põ. Cõsulẽ inimicũ suũ successorẽ sibi mitti omnes qui modo militiam voluerunt finire. dimisit, commeatus petentibꝰ, nec causis excussis, nec constituto tempore, dedit. horrea. custodibus remotis opportuna rapinæ præbuit, Arcus. sagittasq; cretensiũ frangi. atq; in amnem abijci iussit, elephantis cibaria dari vetuit. qbus factis vt cupiditati suæ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



indulsit.ita magnifice gestarũ rerũ gloriã corrupit,meritũq; honorẽ triumphi hostiũ.quã iræ fortior victor amisit.

DE L, SILLA,

Quid Sylla dũ huic vitio obtẽperat.nõne multo alieno sanguine ꝓfuso ad vltimũ & suũ erogauit. Puteolis eñ ardẽs indignatiõe q; Granius princeps eius coloniæ pecuniã a decurionib⁹ ad refectionẽ Capitolii ꝓmissam,cũctãtius daret.animi cũcitatiõe nimia. atq; immoderatæ vocis impetu conuulso pectore.spiritũ cruore ac minis mixtũ euomuit.Nec Senio iam ꝓlapsus, vtpote sexagesimũ ingrediẽs annũ,sed alita miserijs Populi Roma.impotentia furẽs,igit in dubio est Sylla ne prior,an iracũdia Syllę sit extincta.Neq; ab ignotis exẽpla petere iuuat,& maximis viris exꝓbrare vitia sua verecũdiæ est,cæterũ cũ ꝓposita fides excellẽtissima quæq; cõplecti moneat, voluntas operi cedat.dũ p̃clara libẽter,ꝓbãdo.necessaria narrãdi cõsciẽtia nõ desit

EXTERNA DE ALEXANDRO REGE,

Alexandrũ iracũdia sua ꝓpemodum cœlo diripuit.Nam quid obstitit.quominus illuc assurgeret.nisi *Lysimachus* Leoni obiectus, & Clytus hasta traiectus,& Calisthenes mori iussus.qa tres maximas victorias.totidẽ amicorũ iniustis cædibus victor edidit,

DE AMILCARE,

Quã vehemẽs deinde aduersus Po,Ro,Amilcaris odiũ? Quatuor eñ puerilis ætatis filios intuẽs.eiusdẽ nũeri catulos leoninos.in ꝑniciẽ impij nostri alere se p̃dicabat, digna nutrimẽta.q̃ in exitiũ p̃riæ suę vt euenit:cõuerterent

DE ANNIBALE,

E quibus Annibal mature adeo patris vestigia subsecutus est.vt eo exercitum in Hispaniã traiecturo.& ob id sacrificãte octo annorũ natus,altaria tenens iuraret. se cũ primũ ꝑ ætatẽ potuisset acerrimũ hostẽ, Po, Ro, futurũ vt ꝑtinacissimis p̃cibus instãtis belli cõmilitiũ exprimeret. Idem significare cupiẽs quãto inter se odio Carthago, & Roma dissiderẽt. inflicto in terram pede.suscitatoq; puluere, tũc inter eas fore finẽ belli dixit. cũ alterutra pars in habitum pulueris esset redacta.in puerili pectore tantum vis odij potuit. sed in muliebri quoq; æq; multum valuit.

DE SEMIRAMIDE REGINA BABYLONIS,

Nanq; Semiramis assyriorũ regina, cũ ei circa cultũ capitis occupatæ nuntiatũ esset Babylonẽ defecisse:altera parte criniũ adhuc soluta. ꝓtin⁹ ad eam

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



expugnandã cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, q̃ tantam vrbem in potestatẽ suam redegit, Quo circa statua eius Babilone posita est illo habitu, quo ad vltionẽ exigendã celeritate præcipiti tetendit,

DE AVARITIA, CAPVT, QVARTVM,

p Rotrahat̃ etiã in mediũ Auaritia latentiũ indagatrix lucrorũ. manifestæ prædæ auidissima vorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima,

DE M, CRASSO ET Q, HORTENSIO,

Cũ admodũ locupleti L, Minutio Basilio falsum testamẽtũ quidã in græcia subiecisset, eiusdẽq; cõfirmãdi gratia potẽtissimos ciuitatis nostrę viros M. Crassum, & Q. Hortensiũ. q̃bus Minutius ignotus fuerat. tabulis hæredes inseruisset. quã q̃ euidẽs fraus erat, tñ vterq; pecuniæ cupid⁹ facinoris alieni munus nõ repudiauit, quantã culpã q̃ leuiter retuli ? lumina curię. ornamẽta fori, q̃d scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati autoritatibus suis texerũt.

DE Q, CASSIO,

Verũ aliquãto maiores vires, Q. Cassio exhibuit, qui in hispania Silium & Calphurniũ occidendi sui gratia cum pugionib⁹ deprehẽsos, quinquagies sestertiũ ab illo. ab hoc sexagies pactus dimisit, At quis dubitet si alterũ tñ dare t̃, iugulũ quoq; suum æquo animo illis fuisse p̃biturũ,

DE L, SEPTIMVLEEIO,

Ceterũ Auaritia ante om̃es L, Septimuleij p̃cordia possedit, qui cũ C. Gracchi familiaris fuisset. caput eius abscindere. & p vrbẽ pilo fixũ ferre sustinuit quia Opimius Cõsul auro id se repensurũ edixerat. sunt qui tradũt, liquato plumbo eum cauati partẽ capitis, quo ponderosius esset, explesse, fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo. clientis tamen scelesta fames in has vsq; iacentis iniurias esurire non debuit,

DE PTOLEMEO REGE CYPRIORVM,

Odio meritas Septimuleij Auaritia, Ptolomæi aũt regis Cypriorũ risu ꝓsequẽda, nam cũ anxijs sordibus magnas opes corripuisset, ꝓpterq; eas periturũ se videret, & ideo om̃i pecunia imposita nauibus in altum ꝓcessisset, vt classe ꝑforata suo arbitrio ꝑiret, & vt hostes p̃da carerent, non sustinuit mergere aurũ & argentũ, sed futurũ suæ necis p̃miũ domũ reuexit ꝓculdubio

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

hic non possedit diuitias, sed a diuitijs possessus est, titulo rex insulæ. animo autem pecuniæ miserabile mancipium,

DE SVPERBIA ET IMPOTENTIA, CAPVT QVINTVM,

DE M, FVLVIO FLACCO,

a Tq; vt superbia quoq; & impotētia in cōspicuo ponant, Marc⁹, Fulvius Flaccus Consul Marci Planci Hipsei collega. cū pernicio sissimas Reipublicæ leges introduceret de ciuitate danda, & de ꝓuocatiōe ad populū eoꝝ qui ciuitatē mutare voluissent. ægre cōpulsus est. vt in curiā veniret, deinde partim monenti, partim oranti senatui. vt incœpto desisteret responsum non dedit, Tyrannici Cōsul spiritus haberet, si aduersus vnum senatorē hoc modo se gessisset, quo Fuluius in totius amplissimi ordinis cōtemnenda maiestate versatus est,

DE M, DRVSO TRIBVNO,

Quæ aūt M. q̄q; Druso Tr, Pl. ꝑ summā cōtumeliā vexata est, parū eñ habuit. L, Philippū Cōsulē. qa se interpellare cōcionantē ausus fuerat, obtorta gula, & quidē nō ꝑ viatorē, sed ꝑ clientē suū adeo violenter in carcerē percipitē egisse. vt multus e naribus eius cruor ꝓfunderet, Verū etiā cum senat⁹ ad eum misisset, vt in curiā veniret, quare nō potius inqt ipse in Hostiliam ꝑ pinquā Rostris ad me venit? piget adijcere q̄d sequit. Tribunus Senat⁹ imperiū despexit, Senatus Tribuni verbis paruit,

DE CN, POMPEIO,

Cn, aūt Pompeius q̄ꝫ insolēter egit? qui balneo egressus ante pedes suos ꝑstratū Hipseū ambitus reū. & nobilē virū. & sibi amicū iacētē reliqt. cōtumeliosa voce ꝓculcatū. Nihil eñ eum aliud agere. q̄ꝫ vt cōuiuiū suū moraret, respondit. & huius dicti cōscius securo animo cœnare potuit, Ille vero etiā in foro non erubuit. P. Scipionē socerū suum legibus noxium quas ipe tulerat in maxima quoq; reorū. & illustriū ruina mūeris loco a iudicib⁹ deposcere maritalis lecti blanditijs statum Reipu, temperando,

DE MARCO ANTONIO,

Tetrū facto pariter ac dicto, M, Antonij conuiuium, Nam cum ad eum triumuirum Cesetij Rufi senatoris caput allatū esset, auersantibus id cæteris. propius admoueri iussit. ac diu, diligenterq; consyderauit, cunctis deinde

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE PERFIDIĀ,

expectantibus quid nam esset dicturus, hunc ego (inquit) notum nō habui Superba de senatore, impotens de occiso confessio,

EXTERNA DE ALEXANDRO REGE,

Satis multa de nostris, aliena nūc adijcienē, Alexandri Regis virtus, & felicitas, trib⁹ insolētiæ gradibus exultauit euidētissimis. Factidio ēm Philippi Iouem Hammonē patrē asciuit, tædio morū & cultus macedonici, vestē & instituta persica assumpsit, Spreto mortali habitu. diuinū caput emulatus ē nec fuit ei pudori, filium, Ciuem, hominem, dissimulare,

DE XERXE REGE,

Iam Xerxes, cuius in nomine superbia, & impotētia habitat, suo iure cēs insolenter vsus est, q̄d Græciæ indicturus bellū adhibitis Asiæ principibus ne videret (inqt) meo tantūmodo vsus cōsilio, vos cōtraxi, Cæterū mementote parendū magis vobis, q̄ suadendū, arroganter etiam si victori repetere et regiam contigisset, tam deformiter victi, nescias vtrum insolētius dictum, an impudentius,

DE ANNIBALE,

Annibal autem cānensis pugnæ successu elatus, nec admisit quenq̄ ciuiū suorum in castra, nec responsum vlli nisi p interpretē dedit. Maharbalē etiam ante tabernaculū suū clara voce affirmantē, pspexisse se q̄ nā mō paucis diebus Romæ in capitolio cœnarēt, asp̄nat⁹ ē. Adeo felicitatis, & moderatiōis diuiduum contubernium est.

DE CARTHAGINENSIBVS ET CAMPANIS,

Insolētiæ vero inter Carthaginēlem, & cāpanū senatū quasi emulatio fuit. Ille ēm separato a plebe balneo lauabat. hic diuerso foro vtebat. quē morē Campuæ aliquādiu retētū, C, quoq; Gracchi oratiōe in Plautiū scripta patet,

DE PERFIDIA, CAPVT SEXTVM,

O Cultū iam & insidiosum maliū pfidia, latebris suis extrahat. cui⁹ efficacissimę vires sunt mētiri, ac fallere, fructus in aliquo admisso scelere consistit tum certus, cum crudelitatē nefarijs vinculis circūdedit, tūc incōmodi hūano generi afferens, quantū salutis bona fides præstat, Habeat igit nō min⁹ reprehēsionis. cēs illa laudis cōsequit,

DE TATIO SABINO,

Romulo regnāte Spurius Tarpeius arci p̄erat, cuius filiā virginē acēs sacris

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG um nbn:de:bvb:20-35a103-9.025.1-4 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

petitū extra mœnia egressam. Tatius, vt armatos Sabinos in arcē secū reci-
peret. corrupit, mercedis nomīe Pact⁹. quę in sinistris manib⁹ gerebāt, erāt
aūt his armillæ & annuli magno expondere auri. loco potitū agmē Sabino-
rum puellā præmiū flagitātē armis obrutā necauit perinde quasi ꝓmissum
q ea, quæ leuis gestauerāt. soluit, Absit reprehēsio, quia impia ꝓditio celeri
pena vindicata est,

DE SERVIO GALBA,

Seruius quoq; Galba summæ ꝑfidię. Triū em̄ Lusitaniæ ciuitatū cōuocato
populo. tanq̄ de cōmodis ei⁹ actur⁹ nouē millia, in q̄bus flos iuuētutis con-
stabat, electa. & armis exuta, partim trucidauit, partim vendidit. q̄ facinore
maximā cladē barbarorū. magnitudine criminis antecessit.

DE CN, DOMITIO,

Cn, aūt Domitiū summi gn̄is, & magni animi virū. nimiæ gloriæ cupiditas
ꝑfidū existere coegit. Iratus nāq; Bituito regi Aruernorū, q tū suam tū eius
Allobrogū gētē se etiā tū in ꝓuincia morāte ad Q, Fabij successoris sui dex-
tram cōfugere hortat⁹ esset. ꝑ colloquij simulationē accersitū. hospitio ex-
ceptū vinxit. ac Romam naue deportandū curauit. Cuius factū Senat⁹ neq;
ꝓbare potuit. neq; rescindere voluit, ne remissus in patriā Bituitus. bellū re-
nouaret. Igit̄ eum Albam custodiæ causa relegauit,

DE Q, SERVILIO CEPIONE,

Viriathi etiā cædes duplicē ꝑfidiæ accusationē recepit in amicis. quod eorū
manibus interēptus est, in Q, Seruilio Cepione Cōsule q is sceleris hui⁹ au-
tor. impunitate ꝓmissa fuit. victoriamq; nō meruit sed emit.

DE CARTHAGINENSIBVS,

Verū vt ip̄m fontē ꝑfidiæ cōtemplemur, Carthaginēses Xantippū lacedæ-
moniū, cuius optima opa primo punico bello vsi fuerāt. & q̄ iuuante Attilio
Regulū ceperāt, simulātes sese domū reuehere. in alto merserūt Quid tanto
facinore petentes? an ne victoriæ eorū socius supesset? extat nihilominus &
quidē cū opprobrio, quē sine vlla gloriæ iactura, inuiolatū reliq̄sset,

DE ANNIBALE,

Hannibal porro Nucerinos hortatu suo cū binis vestimentis vrbē in expu-
gnabilibus muris cinctā egressos vapore. & fumo balnearum strāgulando
& Aceranorū senatū eadē ratione extra mœnia euocatū in ꝓfundo puteoq;

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9025 4-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



abijciendo nõne bellũ aduersus Populũ Ro, & Italiã professus, aduersus ipsam fidem acrius gessit? mendatijs, & fallatia quasi præclaris artib⁹ gaudẽs? Quo euenit vt alioqui insignẽ nominis sui memoriã relicturus in dubio maiorne, an peior vir haberi deberet, poneret,

DE VI ET SEDITIONE ET DE POPVLO ROMANO, CAPVT, SEPTINVM,

Sed vt violentiæ & seditionis tam rogatæ. q̃ etiã armatæ facta referant. L, Equitiũ, qui se Gracchi filiũ simulabat. tribunatumq; aduersus leges cũ L, Saturnino petebat, a Mario quintũ cõsulatũ gerẽte in publicã custodiã ductũ, populus claustris carceris conuulsis, raptũ humeris suis. per summã animorũ alacritatem portauit. Idemq; Q, Metellum Censorem q ab eo tanq̃ Gracchi filio censum recipere nolebat. lapidib⁹ prosternere conatus est affirmantem tantummodo tres filios. T, Gracco fuisse, e q̃bus vnũ in Sardinia stipendia merentẽ. Alterum infantem Præneste. tertiũ post patris mortem natũ Romæ decessisse. nec oportere clarissimæ familiæ ignotas sordes inseri. cum interim improuida concitatæ multitudinis temeritas. pro imprudentia. & audatia aduersus consulatum. & censurã tetendit, principesq; suos omni petulantiæ genere vexauit. Vesana hæc tantũmodo, illa etiam cruenta seditio, populus em̃ Mumium competitorem Saturnini, nouem iam creatis tribunis, vnoq; loco candidatis duobus restante, vi pri⁹ in ædes priuatas compulit. extractum deinde interemit. vt cæde integerrimi ciuis, facultas adipiscendæ potestatis teterrimo ciui daret,

DE CERTIS CREDITORIBVS Et L, CASSIO,

Creditorũ quoq; cõsternatio, aduersum Sempronij Asellionis prætoris vrbani caput. intolerabili modo exarsit. quem, quia causam debitorum susceperat, concitati a L, Cassio Tri, Ple, pro æde Concordiæ sacrificium faciẽtem, ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum, inq; tabernacula latitantem. prætextatũ discerpserũt. detestanda fori conditio: sed si castra respicias. æque magna orietur indignatio,

DE MILITIBVS L, SYLLAE. ET MORTE CRATIDII,

Cum C, Mario lege sulpitia prouincia Asia, vt aduersus Mithridatem bellũ gereret, priuato decreta esset, missum ab eo Cratidium legatum ad Lucium

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Syllā Cōsulē accipiēdarū legionū cā milites trucidarūt, ꝓculdubio īdignati q̄ a summo imperio, ad eū q̄ nullo in honore versarei, trāsire cogerent, Sed quis ferat militē scita plebis exitio legati corrigentē? ꝓ cōsule istud tam violē ter exercitus. illud aduersus Consulem,

DE MILITIBVS, CN, POMP, ET MORTE Q, POMPEII.

Q, eñ Pōpeiū Syllæ collegā. senat⁹ iussu ad exercitū Cn. Pō, quē aliquādiu inuita ciuitate obtinebat. cōtēdere ausum. ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientē adorti, in modū hostiæ mactauerūt, tñq̄ scel⁹ curia castris cedere se cōfessa, inultum habuit,

DE QVODAM EXERCITV ET MORTE C, CARBONIS,

Ille quoq̄ exercitus nefarie violētus, q̄ C, Carbonē fratrē Carbonis ter Cōsulis, ꝓpter bella ciuilia dissolutā disciplinā militarē ꝑfracti⁹, & rigidius astrigere conatum, priuauit vita, satiusq̄ duxit maximo scelere coinquinari q̄ prauos, ac tetros mores mutare.

DE TEMERITATE, CAPVT OCTAVVM,

t Emeritatis etiam ita subiti. vt vehementes sunt impulsus, quorū ictibus hominū mentes cōcussæ, nec sua ꝑicula respicere, nec aliena facta iusta æstimatione ꝓsequi valent.

DE SVPERIORE AFRICANO,

Quam eñ temerese Africanus supior ex Hispania duabus quinqueremib⁹ ad Syphacem traiecit in vnius Numidæ infidis ꝑcordijs suam pariter. & patriæ salutē depositurus, Itaq̄ exiguo momento. maximæ rei P, casus fluctuatus est. vtrū interfector, an captiuus Scipio Siphacis fieret,

DE C, CAESARE,

Nā C, Cæsaris anceps conatus. et si cælestiū cura ꝓtectus est. tñ vix sine horrore animi referri potest siquidē impatiēs legionum tardioris a Brundusio Apolloniā traiect⁹, ꝑ simulationē aduersæ valetudinis cōuiuio egressus. maiestate sua, seruili veste occultata, nauiculā cōscendit e flumine. ac maris adriatici sæua tēpestate fauces petijt ꝓtinusq̄ in altū dirigi iusso nauigio, multū ac diu cōtrarijs iactatus fluctibus. tandē necessitati cessit,

DE MILITIBVS ALBINI DVCIS,

Age illa q̄ execrabilis militū temeritas? fecit eñ vt Aulus Albinus nobilita

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE VALORE ERRORIS,

te.monibus.honorũ omniũ cõsumatiõe,ciuis eximius.,ppter falsas.et fanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrueret, quodq; accessionem indignationis non recepit,oranti,atq; obsecranti duci,a militibus causæ dicendæ potestas negata est,

EXTERNA,DE ANNIBALE CARTHAGINENSI,

Itaq; minus miror apud trucẽ,& sæuũ Annibalis animũ defensionis locum inoxio gubernatori nõ fuisse,q a Perilia classe Africã repetẽs freto appulsus dum tam paruo spatio Italiã,Siciliãq; inter se diuisas non credidit,veluti insidiosum cursus rectorẽ interemit,postea diligẽtius inspecta veritate,tũc absolait,cum eius innocẽtiæ nihil vltra sepulcri honorẽ dari potuit, Igit̃ anguiſti atq; æstuosi maris ex alto tumulo spectatrix statua,tam mẽoriæ Pelori, q̃ punicæ temeritatis,vltra citraq; nauigantiũ oculis collocata inditiũ est,

DE ATHENIENSIBVS,

Iam Athenienſiũ ciuitas ad vesaniã vsq; temerariã,quæ decem imperatores suos & quidẽ a pulcherrima victoria venientes.capitali iudicio exceptos necauit,q; militũ corpora, sæuitia maris interpellante sepulturæ mandare non potuissent,necessitatẽ puniẽs,cũ honorare virtutẽ deberet,

QVANTVM VALET ERROR, CAPVT NONVM,

t Emeritati ꝓximus est error,quẽadmodũ ad lædendum par, ita cui facilius quis ignouerit quia non sua sponte, sed vanis cõcitatꝰ imaginibus,culpæ se implicat q̃ clare in pectoribus hoim vageť,si cõplecti coner,vitio de quo loq̃r sim obnoxius, Paucos igit̃ eius lapsus referemus,

EE ERRORE POPVLI ROMANI IN CAIVM ELVIVM,

Caius Eluius Cinna Tri, Ple. ex funere,C, Cæsaris domũ suã petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quẽ sæuire se existimabat,iratus ei quod cum affinis esset Cæsaris, aduersus eum nefarie raptum, impiam pro rostris orationẽ habuisset,eoq; errore ꝓpulsus est, vt caput Elũi perinde atq; Cornelĩ circa rogũ Cæsaris fixum iaculo ferret, officij sui, & alieni erroris piaculũ miserabile, DE CASSIO

Nam C. Cassium error a semetipso pœnas exigere coegit. Inter illũ em̃ pugnæ quattuor exercituum apud Philippos variũ,ipsiq; ducibus ignotũ euẽtũ,iussus ab eo Titinius centurio nocturno tẽpore vt speculareť, q̃ nã i statu

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



res M, Bruti essent, dũ crebros excessus viæ petit, quia tenebrarũ obscuritas hostes ne, an cõmilitones occurrerẽt, dignoscere nõ sinebat, tardi⁹ ad Cassium rediit, Quẽ is exceptũ ab hostib⁹, oiaq; in eorũ potestatẽ recidisse existimans, finire vitam ꝓperauit, cum & castra hostium inuicẽ capta, & Bruti copiæ magna ex parte incolumes essent,

DE TITINIO CENTVRIONE,

Titinij vero nõ oblitterãda silẽtio virt⁹. q oculis paulisp hæsit, inopiato iacẽtis ducis spectaculo attonit⁹, deinde ꝓfusus in lachrymas, & si ĩprudẽs (iq; impator cã tibi mortis fui, tñ ne idipm impunitũ sit, accipe me fati tui comitẽ, Supq; exaĩe corp⁹ ei⁹. iugulo suo gladiũ capulo ten⁹ demisit. ac ꝑmixto vtriusq; sanguĩe, duplex victima iacuit, pietatis hæc, erroris illa,

DE SATELLITIBVS REGIS VEIENTIVM,

Cæterũ falsa opinatio nescio an ꝑcipuã iniuriã Lartis Tolũnij Veientũ Regis penatibus intulerit, nã cũ in tesserarũ spero iactu ꝑ iocũ collusori dixisset occide & forte legati Romanorũ interuenissent, satellites eius errore vocis impulsi. interficiẽdo legatos, lusum ad imperiũ transtulerũt,

DE VLTIONE, CAPVT DECIMVM,

v Ltionis aũt quemadmodũ acres, ita iusti aculei sunt, qui lacessa cõcitanẽ. acceptũ dolorẽ pensare cupientes, quos latius complecti non attinet,

DE TRIBV POLLIA,

Tri, Pl, M, Fuluius ad populũ de Tusculanis retulit, q eorũ consilio veluti nos, priuernatesq; rebellaturos diceret. qui cum cõiugib⁹, ac liberis squalore obsiti. cum supplices Romã venissent. accidit, vt reliquis tribubus salutari sententiã secuti sola Pollia iudicaret, oportere publice eos verberatos secuti percuti, imbellẽ multitudinẽ sub corona venire, quam ob causam Pollia tribus, in qua plurimũ postea tusculani in ciuitatem recepti potuerũt, neminem vnquã candidatũ Polliæ tribus fecit magistratũ, ne ad eam vll⁹ honor suis suffragijs ꝑueniret que illis vitam, ac libertatẽ quantũ in ipsa fuit. adeuerat. illam vero vltionẽ, & senatus. & cõsensus omniũ approbauit,

DE VLTIONE ROMANORVM IN ADRIANVM,

Cũ eñ Adrian⁹ ciues Roãnos q Vticę cõsistebant. sordido impio vexasset iccircoq; ab his viuus esset exustus, nec quæstio vlla in vrbe hac de re habita

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE DICTIS IMPROBIS AVT FACTIS SCELERATIS,

nec querela versata est, EXTERNA DE REGINA TOMYRI,

Clare vltionis vtraq; regina & Tomyris quæ caput Cyri abscissum ī vtrē humano sanguine repletū demitti iussit, exprobrās illi insatiabilē cruoris sitim, simulq; pœnas occisi ab eo filij sui exigens, & Beronice quæ Laodices insidijs interceptū sibi filiū grauiter ferens armata curru cōscendit ꝑsecutaq; satellitem regiū crudelis operis ministrū nomine Ceneum, qm̄ hasta neqcq̄ petierat saxo ictū ꝓstrauit. ac sup eius corpus, actis eqs inter infesta cōtrariæ partis agmina ad domū, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabat̄, perrexit, DE MORTE IASONIS,

Iasonē thessalū Persarū Regi bellū inferre parantē. an satis iusta vltio absūpserit, ambiguæ æstimationis est Taxillo em̄ Gymnasiarcho a qbusdā iuuenibus pulsatū se conquesto ꝑmisit, vt aut tricenas ab his dragmas exigeret, aut denas plagas singulis imponeret, quo posteriore vindicta vso, q vapulauerāt, Iasonē interfecerūt. animi nō corporis dolore pœnę modū æstimātes, cæterū paruo irritamēto ingenui pudoris maximæ rei expectatio subruta est, qm̄ opinione Græciæ tm̄ in spe Iasonis, quantū in effectu Alexādri reponebat̄, DICTA IMPROBA AVT FACTA SCELERATA, CAPVT VNDECIMVM,

n Vnc quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala substitutis exemplorū imaginibus ꝓsequamur, dicta improba, et facta scelerata referant̄, vnde aūt potius q̄ a Tullia ordiar. quia tempore vetustissimū cōscientia nefariū. voce monstri simile exemplū est Cum carpento veheret̄, & is, qui iumēta agebat, succussis frenis cōstitisset, repentinæ moræ causam requisiuit, & vt cōperit corpus patris Seruij Tullij occisi ibi iacere. supra id duci vehiculū iussit, quo celerius in cōplexū interfectoris eius Tarquinij veniret, Qua tam impia, tamq; ꝓbrosa festinatione, non solum se æterna infamia, sed ip̄m etiam vicū cognomine sceleris cōmaculauit,

DE FIMBRIA,

Non tam atrox C, Fimbriæ & dictū, & factū. sed si ꝑ se æstimet̄, vtrunq; audacissimū, id egerat vt Scæuola in funere. C, Marij iugularet̄. quē postq̄ ex vulnere recreatū cōperit, accusare apud populū instituit. interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset. cui pro sanctitate morum, satis digna

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



laudatio reddi nõ posset, respondit, se obiecturũ illi ꝙ parcius corpore telũ recepisset. licentiã furoris ægræ Reipublicæ gemitu prosequendã,

DE L, CATILINA,

L, vero Catilina in senatu M, Cicerone incendiũ ab ipso excitatũ dicente. sentio (inquit) & quidẽ illud si aqua non potuero, ruina extinguã, quẽ qd aliud existimemus. q̃ cõsciẽtiæ stimulis actũ, simulacrũ, a se inchoati parricidij peregisse?

DE MAGIO CHILONE,

Consternatũ etiã Magij Chilonis amentia pectus, q M, Marcello datũ a Cesare spiritũ, sua manu eripuit. vetus amic⁹, & põpeianæ militiæ comes, indignatus aliquos sibi amicorũ ab eo præferri, vrbẽ eñ, a Mytileneis quo se contulerat repetentẽ, in Atheniensiũ portu pugione cõfodit. ꝓtinusq; ad irritamenta vesaniæ suæ trucidanda tetendit, amicitię hostis, diuini beneficij interceptor, publicæ religionis, ꝙ ad salutẽ clarissimi ciuis recuperandã attinuit, acerba labes,

DE C, TVRANIO,

Hanc crudelitatẽ, cui nihil adijci posse videt C, Turanius atrocitate parricidij superauit, Nanq; triumuirũ partes secutus, ꝓscripti patris sui Prætorij, & ornati viri latebras, ætatẽ, notasq; corporis, qbus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt, Senex de filij magis vita, & incrementis q̃ de reliquo spiritu suo solicitus, an incolumis esset, & an imꝑatorib⁹ satisfaceret, interrogare eos cœpit, e qbus vnus ab illo (inquit) quẽ tantopere diligis demonstratus nr̃o ministerio, filij indicio occideris, ꝓtinusq; pectus ei⁹ gladio traiecit, collapsus itaq; est infelix autore cædis, q̃ ipsa cæde miserior,

DE FILIO TVLLII ANNALIS,

Cuius facti acerbitatẽ L, Tullius Annalis sortit⁹ cũ in cãpũ ad quæstoria comitia filij descẽdẽs, ꝓscriptũ se cognosceret, ad clientẽ suũ cõfugit, sed nefide eius tutus esse posset scelere nefarij iuuenis effectũ est. siquidẽ ꝑ ip̃a vestigia p̃ris militibus ductis, occidendũ eũ in cõspectu suo obiecit, bis parricida. cõ filio prius, iterũ spectaculo,

DE VXORE VITII SALASSI,

Ne Vitius quidẽ Sallassius proscriptus parum amari exitus. quem latentem vxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa iugulauit, Quanto enim leuius est scelus, cui tantummodo manus abest, Illud autem facinus. quia externum tranquillore affectu narrabit,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE DICTIS IMPROBIS AVT FACTIS SCE,
EXTERNA, DE DVOBVS FRATRIBVS FILIIS REGIS,

Scipione Africano patris.& patrui memoriã gladiatorio mũere Carthagie noua celebrãte, duo regij filij nup patre mortuo, in arenã ꝓcesserẽt. pollicitiq; sunt ibi se de regno præliaturos. quo spectaculũ illud illustrius pugna sua facerent, eos cum Scipio monuisset. vt verbis cõtendere, q̃ ferro dimicare mallent, vter regnare deberet, ac iam maior natu consilio eius obtemperaret, minor corporis viribus fretus in amentia perstitit. initoq; certamine ꝑtinacior impietas fortunæ iudicio, morte mulctata est,

DE MITHRIDATE,

Mithridates aũt multo sceleratius, qui nõ cũ fratre de paterno regno, sed cũ ipso patre bellũ de dñatione gessit, in quo quis aut homines vllos adiutores inuenerit, aut deos inuocare ausus sit, ꝑ admiratione habeẽ.

DE SARIASTRE FILIO TIGRANIS REGIS,

Quanq̃ qd hoc q̃si inusitatũ illis gẽtib⁹ miremur, cũ Sariaster aduersus patrẽ suũ Tigranẽ Armeniæ regẽ, ita cũ amicis cõsenserit, vt oẽs dextris manibus sanguinẽ mitterẽt, atq; eũ inuicẽ sorberẽt, vix ferrẽt, ꝑ salute parẽtis tam cruẽta cõspiratiõe fœdus faciẽtẽ, DE QVODAM QVI INTERFICERE VOLVIT OCTAVIANVM AVGVSTVM,

Sed qd ego ista cõsector. aut qd in his immoror? cũ vnius parricidij cogitatione cũcta scelera supata cernã, omni igit̃ impetu mẽtis, omnibus indignationis viribus. ad id lacerandũ pio magis, q̃ valido affectu rapior, Quis eñ amicitiæ fide extincta, genus hũanũ cruẽtis in tenebris sepelire conatum. ꝑfundo execrationis debitæ, satis efficacibus verbis adegerit, Tu videlicet esseratæ Barbariæ immanitate truculẽtior habenas Romani impij, quas princeps, parensq; noster salutari dextera cõtinet, capere potuisti, Haud te compote furoris in suo statu mũd⁹ mãsisset, Vrbẽ a Gallis captã, & trecẽtorũ inclytæ gẽtis virorũ strage fœdatã, alliensem diẽ & opp̃ssos in Hispania Scipiones, & Thrasimenũ lacũ, & Cãnas, bellorũq; ciuiliũ domestico sanguine manãtes furores, amẽtibus ꝓpositis furoris tui repræsentare, & vincere voluisti Sed vigilarũt oculi deorũ, sydera suũ vigorẽ obtinuerũt, aræ, puluinaria, templa, p̃senti numine vallata sunt, Nihil qd ꝑ capite Augusti, ac patria excubare debuit, torporem sibi ꝑmisit, & in primis autor, & tutela nostræ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

incolumitatis Iupiter, ne excellētissima merita sua totius orbis ruina collaberent, diuino cōsilio ꝓuidit, Itaq; stat pax, valent leges, sincærus priuati ac publici officij tenor seruat. Qui aūt hæc violatis amicitiæ fœderib⁹ tentauit subuertere, omni cū stirpe sua Po, Ro. viribus obtritus etiā apud inferos. sitiū luc receptus est, quæ meret supplicia pependit.

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS, CAPVT, XII,

h Vmanæ aūt vitæ cōditionē præcipue primus, & vltimus dies cōtinet, quia plurimū interest quibus auspicijs inchoet, & quo fine claudat, ideoq; eum demū fœlicē fuisse iudicamus, cui & accipere lucē ꝓspe, & reddere placide cōtigit. Medij tēporis cursus prout fortuna gubernaculū rexit modo aspero, modo tranquillo motu peragit. spe semp minor, dū cupide votis extendit, & fere sine ratione cōsumit, Nam & si eo bene vti vrbis, etiam parū amplissimū efficies numerū annorū, multitudine operū superando, Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, si magis exigas vitam q̄ ap pbes, Sed ne longe euager, eorum mentionē faciā, qui non vulgari gñe mortis absumpti sunt.

DE TVLLO HOSTILIO,

Tullus Hostilius fulmine ictus cū tota domo cōflagrauit Singularē fati sortem, qua accidit, vt columē vrbis, in ipsa vrbe raptū, ne supremo quidem funeris honore a ciuibus decorari posset, cœlesti flamma in eadē cōditione redactū, vt eosdē penates & Regiam, & rogū, & sepulchrū haberet,

DE DVABVS MVLIERIBVS,

Vix verisimile est in eripiendo spiritu idem gaudiū potuisse, quod fulmen, & tamen idem valuit. Nuntiata em̄ clade, quæ ad lacū Trasimenū inciderat altera mater sospiti filio ad ipsam portā facta obuia, cōplexu eius expirauit, altera cum falso mortis filij nuntio mæsta domi sederet, ad primū conspectū redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatū, quas dolor non extinxerat læticia consumpsit,

DE M, IVVENTIO TALVA CONSVLE.

Sed minus miror, quod mulieres, Marcus Iuuentius Talua Cōsul, collega Tiberij Gracci Consulis, cum in Corsica, quā nup subegerat, sacrificaret, receptis literis decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus intēto illas animo legens, caligine orta ante foculum collapsus mortuus humi iacuit, quem

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CRVDELITATE,

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS,

quid aliud q̃ nimio gaudio euectũ putem⁹? En cui Numãtia, aut Carthago excidenda traderet,

DE Q. CATVLO,

Maioris aliquanto spiritus dux Quintus Catulus cimbrici triumphi cum Mario particeps a senatu datus, sed exitus violẽtioris, nanq; ab hoc eodem Mario postea ꝓpter ciuiles dissensiones mori iussus, recenti calce illito. multoq; igni percalfacto cubiculo, se inclusum peremit, cuius tam dira necessitas maximus Marianæ gloriæ rubor extitit,

DE LVCIO CORNELIO MERVLA,

Qua tempestate, Rei p. Lucius quoq; Cornelius Merula consularis, & Flamen dialis, ne ludibrio insolẽtissimis victoribus esset, in Iouis sacrario venis incisis cõtumeliosæ mortis denuntiationẽ effugit, sacerdotisq; sui sanguine vetustissimi foci maduerũt,

DE HERENNIO SICVLO,

Acer etiam & animosus vitæ exitus Herennij Siculi quo C. Gracch⁹ & aruspice & amico vsus fuerat. nam cum eo nomine in carcerem duceret in poste illiso capite in ipso ignominiæ aditu concidit, ac spiritũ deposuit, vno gradu a publico supplicio, manuq; carnificis citerior,

DE CAIO LICINIO,

Cõsimili impetu mortis Caius Licinius Macer vir Prætorius Calui pater repetũdarũ reus, dũ sentẽtiæ dicerent, in Mænianũ cõscẽdit, siquidẽ cũ Marcum Ciceronẽ qui id iudiciũ cogebat, ꝑtextã ponentẽ vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatũ, sed reum perijsse, nec sua bona hastæ posse subijci, Ac ꝓtinus sudario, quod forte in manu habebat ore, & faucibus coartatis, incluso spiritu pœnã morte ꝑcurrit. qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiauit, Igitur illustris ingenij orator ab inopia rei familiaris, & a crimine domesticæ damnationis inusitato paterni fati genere vindicat⁹ est, fortis huius mors, illorum perridicula,

DE CORNELIO GALLO ET TITO AETHERIO,

Cornelius eñ Gallus Prætori⁹, & Titus Aetherius eques Ro, inter vsum puerilis Veneris absumpti sunt. q̃q̃ quorsum attinet eorũ cauillari fata, q̃s non libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit? sine nanq; vitę nostrę varijs, & occultis causis exposito. interdũ immerentia supremi fati titulũ occupant, cum magis in tempus mortis incidant, q̃ ipsam mortem accersant,

Z

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



VALERII MAXIMI LIBER NONVS,

EXTERNA, DE COMA FRATRE DIOGENIS,

Sunt & externæ mortes dignę annotatu, qualis in primis Comæ, quē ferūt maximi latronū ducis Diogenis fratrē fuisse, Is eñ ad Rutilium Consulem Enna, quā prædones tenuerāt, in potestatē nostrā redacta, ꝓductus, cū de viribus, & conatib⁹ fugitiuorū interrogaret, sumpto tpe ad se colligendum caput operuit, innixusq; genib⁹, cōpresso spiritu, inter ipsas custodū man⁹, iniq; cōspectu summi imperij, exoptata securitate acquieuit, Torqueāt semel seri, qbus extingui, q̄ superesse vtilius est trepido & anxio consilio, quanā ratione vita exeat querētes, ferrū acuant, venena tēperent, laqueos apprehēdant. vastas altitudines circūspiciant, tanq̄ magno apparatu, aut exquisita molitione opus sit, vt corporis, atq; animi infirmo vinculo coherens societas dirimat, Nihil horū Coma, sed interea pectus inclusa anima finē sui reperit. Enimuero minimo studio retinendū bonū, cuius caduca possessio tam leui afflatu violentiæ concussa dilabi potuit,

DE ESCHYLO POETA,

Eschyli vero Poetæ excessus quēadmodū nō volūtari⁹, sic ꝓpter nouitatē casus referendus, in Sicilia mœnibus vrbis in q̄ morabat. egressus apricoin loco resedit. sup quē Aquila testudinē ferēs, elusa splēdore capitis (erat eñ capillis vacuū) perinde atq; lapidi eā illisit, vt fractæ testudinis carne vescerētur, eoq; ictu origo. & principiū fortioris tragœdiæ extinctū est,

DE HOMERO POETA,

Nō vulgaris etiā Homeri mortis causa fert, q in insula, quia questionē a piscatoribus positā soluere non potuisset, dolore absumptus crediī,

DE EVRIPIDE POETA,

Sed atrocius aliquāto Euripides finitus est, ab Archelai eñ Regis cœna in Macedonia domū hospitalē repetens, canū morsib⁹ laniat⁹ obijt, Crudelitas fati tanto ingenio nō debita, sicut illi excessus illustriū poetarū & morib⁹, & operibus indignissimi,

DE SOPHOCLE,

Sophocles vltimæ iam senectutis, cum in certamen tragœdiam dimisisset. ancipiti sententiarū euentu diu solicitus. aliquando tamen vna sententia victor. causam mortis gaudium habuit,

DE PHILEMONE,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE CVPIDITATE VITAE,

Philemonē aūt vis risus immoderati abstulit, paratas ei ficos atq; in conspectu positas Asello cōsumēte. puerū vt illū abigeret. inclamauit, qui cū iam comestis omnibus supuenisset, qm̄ inqt tam tardus fuisti, da nunc merū Asello, At ꝓtinus vrbanitatē dicti crebro anhelitu cachinnorū ꝓsecutus, senile gutt̄ salebris spūs prægrauauit,

DE PINDARO,

At pindar⁹, cū in Gymnasio sup gremiū pueri. quo vnice delectabat̄, capite posito qeti se dedisset, nō prius decessisse cognit⁹ est, q̄; Gymnasiarcha claudere eum iam locū volēte. nequicq̄ excitaret̄, Cui quidem crediderim eadē benignitate deorum, & tantum poeticæ facundiæ, & tam placidum vitæ finem attributum,

DE ANACREONTE,

Sicut Anacreonti quoq;. quē bis tm̄ hūanę vitę modū supgressum, dū passe vuæ succo, tenues & exiles viriū reliqas foueret. vnius grani ꝑtinacior in aridis faucib⁹ hūor assumpsit, Iungā illos quos & ꝓpositū: & exit⁹, pares fecit.

DE MILONE CROTONIATE,

Milo Crotoniates, cū iter faciēs quercū i agro cuneis adactis fissam vidisset, fretus viribus, accessit ad eā, insertisq; manibus diuellere conat⁹ est q̄s arbor excussis cuneis i suā naturā reuocata cōpressit, eūq; cū tot Gymnicis palmis lacerandū feris præbuit,

DE POLIDAMANTE,

Itē Polydamas athleta tēpestate spelūcā subire coactus, nimio & subito incursu aquę labefactata ea, ac ruēte. cæteris comitib⁹ fuga periculū egressis, solus restitit. tanq̄; hūeris suis toti⁹ ruinæ molē substētatur⁹. sed pōdere om̄i corpe hūano potēciore pressus. imbribus petitā latebrā, demētis fati sepulchrū habuit. possunt ij p̄bere documentū nimio robore membrorū. vigorē mētis hebescere, q̄si abnuēte natura vtriusq; boni largitionē ne supra mortalem sit fœlicitatē. eundē & valētissimū esse, & sapiētissimū.

DE CVPIDITATE VITAE, CAPVT, XIII,

v Erum quia excessus e vita & fortuitos, & viriles. quosdam etiam temerarios oratione attigimus, subijciamus nūc æstimationi enerues. & effœminatos. vt ipsa comparatione pateat. quanto nō solum fortior, sed etiam sapientior mortis interdū, q̄ vitæ sit cupiditas,

DE MARCO AQVILIO,

Marcus Aqlius. cū sibi gloriose mortē cōsciscere posset. Mithridati maluit

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



turpiter seruire. quē quis nō immerito dixerit pontico supplicio, q̄ Romano impio digniorē, q̄m cōmisit, vt priuatū opprobriū public⁹ rubor existeret,

DE CNEO CARBONE,

Cu, quoq; Carbo magnę verecūdiæ est latinis annalibus, tertio in cōsulatu suo iussu Pompeij in Siciliā ad suppliciū ductus, petijt a militibus demisse & flebiliter vt sibi aluū leuare, priusq̄ expiraret. liceret, quo miserrimę lucis vsu diutius fruerer. eousq; morā trahēs, donec caput eius sordido in loco sedētis abscinderet, ipa verba tale flagitiū narrātis secū luctant. nec silētio amica, qa occultari nō merent, neq; relatione familiaria, qa dictu fastidiēda sunt.

DE BRVTO,

Quid Brutus exiguū & infœlix momentū vitæ, quāto dedecore emit? quia Furio, quē ad eum occidendū Antonius miserat, cōprehensus, nō solū cerui cem gladio subtraxit, sed & cōstantius eam præbere admonitus ip̄is his ver bis iurauit. Ita viuā dabo, cūctationē fati ærūnosam, O iurandi stolidā fidē, sed hos tu furores immoderata retinēdi spiritus dulcedo subijcis, sanæ ratio nis modū expugnādo, quæ vitā diligere. mortē nō timere pręcipit,

DE XERXE REGE,

Eadē Xexem regem ꝓ totius Asiæ armata iuuentute, q̄d intra centū annos esset obitura, ꝓfundere lachrymas coegisti, qui mihi in specie aliena, re vera suam cōditionē deplorasse videt. opū magnitudine, q̄ altiore animi sensu fœ licior, Quis em̄ etiā mediocriter prudēs mortalē se natū fleuerit,

QVAM EXQVISITA CVSTODIA VSI SVNT, QVIBVS SVSPECTI DOMESTICI FVERVNT, CAPVT, XIIII,

r Eferā nūc eos. qbus aliquos suspectos habētibus exqsitior sui cu stodia quæsita est Nec a miserrimo. sed ab eo q inter paucos fœli cissimus fuisse credit. incipiā,

DE MASINISSA REGE,

Masinissa Rex Numidarū, & Po, Ro, Amicissimus parū fidei in pectorib⁹ hominū reponēs salutē suā custodia canū vallauit, q̄ tā late patēs impiū, q̄ tā tus liberorū nūerus, q̄ deniq; tam arcta beneuolētia cōstricta Romana ami citia, si ad hæc tuēda nihil canino latratu, ac morsu valētius duxit,

DE REGE ALEXANDRO,

Hoc Rege infœlicior Alexāder. cuius p̄cordia hinc amor, hinc met⁹ torserit,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



nam cũ infinito ardore cõiugis Thebes teneret, ad eandẽ ex epulis in cubiculũ veniẽs barbarũ cõpunctũ notis threicijs, stricto gladio iubebat anteire nec prius se idẽ lecto cõmittebat, q̃ a stipatorib⁹ diligẽter esset scrutatus. Supplicij irato deorũ numine cõpositũ, nec libidini nec timori posse imperare. Cuius timori eadẽ & causa, & finis fuit, Alexãdrũ eñ Thebe pellicatus ira mota interemit,

DE DYONISIO SYRACVSANORVM,

Age Dionysius Syracusanorũ tyrannus huiusce tormẽti q̃ longa fabula, q̃ duo de quadraginta annorũ dominationẽ in hũc modũ peregit, summotis amicis in eorũ locũ ferocissimarũ gentiũ hoĩes, & a familijs locupletũ electos prævalidos seruos, q̃bus latera sua cõmitteret, substituit, tonsorũ q̃q; metu tondere filias suas edocuit, quarũ ipsarũ. postq̃ adultæ ætati appropinq̃bãt, manib⁹ ferrũ nõ ausus cõmittere, instituit, vt candentiũ iuglandiũ, aut nucũ putaminib⁹, barbã sibi & capillũ adurerent. Nec securiorẽ se maritũ egit, q̃ patrẽ, Duarũ eñ eodẽ tempore Aristomaches syracusanæ, & locrẽsis Doridis matrimonijs alligatus, neutrius vnq̃ nisi excussæ cõplexum petijt, At etiã cubicularẽ lectũ perinde quasi castra. lata fossa cinxit in quẽ se ligneo põte recipiebat. cum forem cubiculi extrinsecus a custodibus opertã, interiorẽ claustro ipse diligenter obseraſſet.

DE SIMILITVDINE FORMAE, CAPVT, XV,

d E similitudine aũt oris, & totius corporis, altiore doctrina prędit subtilius disputãt. eorũq; alij in ea sunt opinione vt existiment, illã origini, & contextui sanguinis respondere, Nec paruum argumentũ ex cæteris anialibus trahũt, quæ fere gignẽtibus similia nascunt, Alij negãt certã hanc esse naturæ legẽ, sed species mortaliũ, put fortuita sors cõceptionis obtulit, attribui, atq; ideo plęrũq; ex speciosis deformes, ex robustis inualidos partus edi. Verũ qñ ista quæstio in ambiguo versat, pauca inter alienos cõspectæ similitudinis exempla referemus,

DE VIBIO ET PVBLICIO LIBERTINO SIMILIBVS POMPEIO MAGNO,

Magno Põpeio Vibius ingenuæ stirpis, & Publicius Libertinus ita similes fuerũt. vt pmutato statu. & Põpei⁹ in illis, & illi in Põpeio salutari possent, Certe quocunq; aut Vibius, aut Publicius accesserant, ora hominũ in se ob-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



uerrebãt. Vnoq; ſpeciẽ ampliſſimi ciuis in p̃ſonis mediocribus annotãte. Quod quidẽ fortuitũ ludibriũ, quaſi hęreditariũ ad eum penetrauit,

DE MENOGENE COCO SIMILI PARTI Pompeij Magni.

Nã pater q; eius eo vſq; Menogenis Coci ſui ſimilis eſſe vil⁹ ẽ, vt vir, & armis p̃potẽs, & ferox anio ſordidũ ei⁹ nomẽ repellere a ſenõ valuerit,

DE CORNELIO SCIPIONE COGNOMENTO Serapione.

Eximiæ vero nobilitatis adoleſcẽs Cornelius Scipio, cũ plurimis & clariſſimis familiæ ſuæ cognominib⁹ abũdaret, in ſeruilẽ Serapionis appellationẽ vulgi ſermone impactus eſt, quod huiuſce nominis victimario ſimilis erat, nec illi aut morũ, p̃bitas, aut reſpectus tot imaginũ, quo minus hac contumelia aſpergereẽ, opitulata eſt,

DE LENTVLO ET METELLO SIMILIBVS Hiſtrionibus.

Generoſiſſimus Conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit, qui ambo inſignam, p̃pter ſimilitudinẽ hiſtrionũ propemodũ ſpectati ſunt, Sed alter ex q; dam aſſeclarũ cognomẽ Spintheris traxit, Alter niſi Nepotis a moribus accepiſſet, Pamphili certe, cui ſimillimus eſſe ferebaẽ, habuiſſet,

DE M. MESSALA SIMILI MENOGENI ET CVRIONE SIMILI BVRBVLEO,

At M. Meſſala Cõſularis & Cẽſorius Menogenis, Curioq; oĩnibus honoribus abũdans Burbulei, ille, p̃pter oris aſpectũ, hic, p̃pter parem corporis motũ, vtereq; ſæuici nomẽ coactus eſt recipere, Abunde ſint hæc domeſticis q̃ũ perſonis ſunt excellentia & nõ obſcura notitia celebranda,

DE REGE ANTIOCHO SIMILI ARTENIO,

Regi Anthiocho vnus ex eq̃itibus & ipſe regiæ ſtirpis nomine Artenio, p̃ſimilis fuiſſe traditur, quẽ Laodice vxor Anthiochi interfecto viro, diſſimulati ſceleris gratia, in lectulo perinde quaſi ip̃m regẽ ægrũ collocauit, Admiſumq; vniuerſum populũ & ſermone & eius vultu cõſimili fefellit, crediderit q; hoies ab Anthiocho moriente, Laodicen, & natos eius ſibi cõmendari,

DE HIBREA MYLASIO SIMILI CVIDAM Seruo Gymnicorũ.

Hybream aũt Mylaſiũ copioſæ atq; concitatæ facundiæ oratorẽ, Gymnicorum ſeruo ſtramenta Gymnaſij colãgenti, tam ſimilem ferunt, vt tanq̃ germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarent. ita lineamentis oris, & com

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG urn:nbn:de:bvb:20-35a10.39.0.26.8-6 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



DE HIS QVI INFIMO LOCO NATI MENDACIO,

nium membrorum compares erant,

DE QVODAM PRETORE ROMANO Simili cuidã Siculo,

Ille vero, quẽ in Sicilia ꝑtoris admodũ similẽ fuisse cõstat, petulantis animi, Procõsule eñ dicente. mirari se quapropter sui tam similis esset, cũ pater suꝰ in eam ꝓuinciã nunq̃ accessisset, At meus (inquit) Romã frequẽter accessit loco nanq; lacessitã matris suæ pudicitiã inuicẽ suspitõe in matrẽ eius reiecta audaciꝰ q̃ virgis & securibꝰ subiecto cõueniebat, vltus est,

DE HIS QVI INFIMO LOCO NATI MENDACIO SE CLARISSIMIS FAMILIIS INSERERE CONATI SVNT, CAPVT DECIMVMSEXTVM,

Sed tolerabilis hæc, et vni tantũmodo anceps temeritas, quod seqt̃ impudentiæ genus nec ferendũ vllo modo, periculiq; tũ priuatim tum etiam publice late patentis, Nam vt Equitium Firmo piceno monstrũ veniens relatũ iam in huiusce libri supiore parte, prætereã, cuius in amplectẽdo Tiberio Graccho patre, euidẽs mendaciũ, turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus potestate vallatũ est, Herophilus Equarius medicus, C, Marium septies Consulẽ auũ sibi vẽdicãdo ita se extulit, vt coloniæ se veteranorũ cõplures, & mũicipia splẽdida collegiaq; fere oñiã patronũ adoptarent, Quin etiã cũ C, Cæsar. Cn. Pompeio adulescẽte in Hispania opp̃sso populũ in hortos suos admisisset, proximo intercolũnio pene pari studio frequẽtiæ salutatꝰ est, q; nisi diuinæ Cæsaris vires huic erubescẽdæ ꝓcellę obstitissent, simile vulnus resp, excepisset, atq; in Equitio acceperat, Cæterum decreto eius extra Italiã relegatus. postq̃ ille cœlo receptus est, in vrbẽ redire & cõsiliũ interficiẽdi Senatus capere sustinuit. quo nomĩe iussu patrẽ necatꝰ in carcere, seras prõpti animi ad oñe moliẽdũ scelus pœnas pependit.

DE QVODAM QVI SE FECIT FILIVM OCTAVIE SORORIS AVGVSTI,

Nec diui quidẽ Augusti etiãnum terras regentis excellentissimũ numen intẽtatum ab hoc iniuriæ genere extitit, cũ quidã clarissimæ, ac sanctissimę sororis eius Octauiæ, vtero se genitũ fingere auderet, ꝓpter summã autem imbecillitatẽ corporis. ab eo. cui datus erat, perinde atq; ipsius filium retẽtum subiecto in locũ suum ꝓprio filio diceret. videlicet vt eodẽ tempore sanctissimi penates. & veri sanguinis memoria spoliarentur, & falsi sordida contagione

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

inquinarent. Sed cū plenis impudētiæ velis, ad summū audaciæ gradū feri imperio Augusti remo publicæ triremis affixus est.

DE QVODAM QVI SE DICEBAT FILIVM QVINTI SERTORII,

Repens est etiā qui se diceret esse, Q. Sertorij filium quē vt agnoscerent vxor eius nulla vi cōpelli potuit. Quid trebellius Casca ēp̄s asseuerāter se Clodium tulit? & quidē dum de bonis eius cōtendit, in centūuirale iudiciū adeo fauorabilis defecēdit, vt vix iustis. & æquis sententijs, consternatio populi vllum relinqueret locū, illa tū quæstione necp̄ calūniæ petitoris. necp̄ violentiæ plebis iudicantiū religio cessit. Multo fortius ille, qui Cornelio Sylla Rep. potente, in domū, Cn. Affidionis erupit, filiūq; eius patrijs penatibus expulit, vociferādo non illū, sed se Affidione esse ꝓcreatū. Verū postq̄ a Syllana violentia Cæsariana ægtas reduxit gubernacula Romani imperij, iustiore principe obtinēte Rēpu. in publica custodia spiritū posuit. Eodē p̄side Reipu. in cōsimili mēdatio muliebris temeritas Mediolani rep̄ssa est. Siqdē cū se pro Rubria quædā perinde ac falso credita esset incēstio perijsse, nihil ad se ptinētibus bonis insereret, nec ei ant tract⁹ei⁹ splēdidi testes, aut cohortis Augusti fauor deesset. ꝓpter inexpugnabilē Cæsaris cōstantiā irrita nefarij ꝓpositi abijt. Idem barbarū quendā, ob eximiā similitudinē Cappadociæ regnū affectantē, tanq̄ Ariarathes esset, quem a M. Antonio interemptū luce clarius erat, quanquā pene toti⁹ oriētis ciuitatū. & gētiū credula suffragatiōe suffultū caput impio demēter imminēs iusto impēdere supplicio coegit.

Valerij Maximi dictorū ac factorum memorabilium Libri Nouem, nitide & emaculate Impressi in Vrbe Lipsica Calcographo Melchiare Lottero finiunt fœliciter, Anno salutis Millesimo qngētesimo decimo q̄rto,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039270-8
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



COMPENDIOSA VALERII MAXIMI VITA,

Valerius Maximus ciuis Rhomanus Patricio genere natus omnem pueririam & magnam adulescentiæ partem litteris percipiendis & honestis artibus dedit, inde sumpta viriũ toga se contulit ad rei familiaris disciplinam: vbi aliquãdiu stipendia fecisse & in Asiam cũ sexto Pompeio nauigasse dicit, vnde reuersus cum videret se patriæ suæ tam benedicendo q̃ benefaciendo posse prodesse: a quo incepto studio militiæ gloria detinuerat: eodem regressus statuit vrbis Romæ. exterarũq; gẽtiũ facta simul ac dicta memoratu digna: vt ipse fatetur: litterarũ monumentis commendare: quod fœliciter & gloriose cõsecutus est, Floruit autem Tiberij Cæsaris temporibus, & sub eius imperio hanc scripsit historiam: cuius etiam numen inuocat. Imperatores eñ Romani cum virtute sua iuste sancteq; gessissent imperiũ. diuino celebrabantur honore, & in deorum numerum transferebant: vnde etiam diuos Impatores appellamus: genus vero suũ paternũ a gente Valeria Maternũ a Fabia duxisse fert: vnde Valerius Maximus ex vtraq; familia ei nomẽ est: de cuius morte certi nihil potest afferri,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9027 1-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg


UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039,272-9
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Lucij Flauij Flori Illu-

stris historiographi Epitomata quattu-

or: quibus scite collegit que bella Popu-

lus Romanus domi forisq; gessit: quibus viris & artibus imperiū peperit: et parēti auxit: & auctum ad summum fastigium suis viribus egerit: & euersum tandem per Cęsarem Augustum sublimius erexit.

AD LECTOREM.

Quāuis contingas annosum Nestoris ævum
Tithoni vincas secula longa senex
Tu tamen imprudens dicere puer nisi noris
Quę prius acta sient q̄ tua Clotho foret
Quo sapias igitur puerilis inertia cesset
Martigenę gentis prodita gesta legas.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .II.

Auctis breui viribus: hunc rex sapiẽtissimus statũ reip. imposuit: vt iuuẽtus diuisa per tribus/in equis & in armis ad subita bella excubaret. Consilium reip. penes senes esset/qui ex auctoritate patres/ob ætatẽ senatus vocabant. His ita ordinatis/cũ repente contionẽ haberet/ante vrbem apud Capreę paludem e cõspectu ablatus est. Discerptũ aliqui a senatu putãt ob asperius ingenium: sed aborta tempestas solisq; defectio/cõsecrationis specimen prebuere. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit/visum a se Romulum affirmans augustiore forma q̃ fuisset/mandare preterea vt se pro numine acciperent. Quirinum in cœlo vocari placitum diis: ita gentium Roma potiretur.

DE NVMA POMPILIO.

Successit Romulo Numa Pompilius/quẽ curibus sabinis agentem vltro petiuere/ob inclitam viri religionem. Ille sacra & cerimonias omnẽq; cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices: augures: lassos: cęterosq; per sacerdotia/annum quoq; in duodecim menses/fastos dies nephastosq; descripsit. Ille ancylia atq; palladiũ secreta quedam imperij pignora: lanumq; geminũ/fidem pacis ac belli/imprimis focum Veste virginibus colẽdum dedit: vt ad simulachrũ celestium siderũ custos imperij flamma vigilaret. Hęc bia quasi monitu deę Aegerię: quo magis barbari acciperẽt/eo denique ferocem populum redegit/vt quod vi & iniuria occupauerat imperium/religione atq; iusticia gubernaret.

DE TVLLO HOSTILIO.

Excipit Pompiliũ Numam Tullus Hostilius/cui in honorẽ virtutis regnũ vltro datum. Hic omnẽ militarem disciplinã: artemq; bellandi condidit. Itaq; mirum immodum exercita iuuẽtute/prouocare ausus Albanos: grauẽ & diu principẽ populũ. Sed cũ pari robore frequẽtibus prelijs vtriq; cõminuerent/missio in compendiũ bello Horatijs Curiatijsq; trigeminis hinc atq; inde fratribus/vtriusq; populi fata cõmissa sunt Anceps & pulchra contentio: exituq; ipso mirabilis: tribus quippe illinc vulneratis hic duobus occisis: qui superat Horatius addito ad virtutẽ dolo/vt distraheret hostẽ simulat fugã

A iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM III.

tibus armis subegit. Et inde fasces/trabeę/curules: annuli/ phalere/paludamenta/pretexta/inde q aureo curru quatuor equis triumphatur/toge picte/tunicęq palmatę/omnia deniq decora & insignia/quibus imperij dignitas eminet.

DE SERVIO TVLLIO.

Seruius Tullius deinceps gubernacula vrbis inuadit. Nec obscuritas inhibuit quis matre serua creatum. Nam ob eximiā indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat/& clarum fore/visa circa caput flamma/promiserat. Ergo inter Tarquinij mortē admittente regina substitutus in locum regis/quasi ad tempus regnum dolo partum sic egit industria/vt iure adeptus videret. Ab hoc populus Romanus relatus in censum/digestus in classes/curijs atq collegijs distributus: summaq regis sollertia ita est exordinata respublica/vt omnia patrimonij: dignitatis/ætatis: artium: offitiorūq discrimina in tabulis referrentur/ac si maxima ciuitas minime domus diligentia contineretur.

Prodigium in Seruio Tullio

Census et ordo ciuitatis.

DE TARQVINIO SVPERBO.

Postremus omnium fuit regum Tarquinius/cui cognomen superbus ex moribus datum. Hic regnum cauitum/quod a Seruio tenebatur/rapere maluit q expectare/immissisq in eum percussoribus scelere partam potestatem nō melius egit: q acquisierat. Nec abhorrebat moribus vxor Tullia/que vt virum regem salutaret/supra cruentum patrem vecta carpento/consternatos equos egit. Sed ipse in senatum cedibus: in omnes superbia/que crudelitate grauior est bonis/grassatus/cum sæuitiam iam domi fatigasset/tandem in hostes conuersus est. Sic valida oppida in Latio capta sunt/Ardea/Otriculum/Gabij/Suessa/Pometia. Tum quoq cruentus in suos: neq enim filium verberare dubitauit/vt simulanti transfugam apud hostes hinc fides esset/cui Gabijs vt voluerat recepto/atq per nuncios consulenti quid fieri vellet? eminentia forte papauerū capita virgula excutiēs/cum per hoc interficiendos esse principes intelligi vellet/que superbia sic respōdit:

Impia Tullia.

Gabij.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019279-1
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER PRIMVS.

tamen de manubijs captarū vrbium templū erexit: quod cum inaugurāret: cedentibus cęteris deis (mira res dictu) restiterit uentas & terminus. Placuit vatibus contumacia numinū: siqui dem fixa omnia & æterna pollicebant: sed illud horrendū: q molientibus ædem in fundamentis humanū repertū est caput nec dubitauere cuncti monstrū pulcherrimū imperij sedem ca put: & terrarū promittere. Tamdiu superbia regis populus Ro manus perpessus est: donec aberat libido: hanc ex liberis eius importunitate tollerare non potuit: quorū cū alter ornatissime fœmineę Lucretię stuprum intulisset: matrona decens ferro expiauit: imperium tum regibus abrogatum.

Jouis capitolini templum.

Caput pudis gloie repertū.

Stupri Lucretię.

ANACEPHALEOSIS DE SEPTEM REGIBVS.

Ardeæ Eos mulio.

Religiosus Numa.

Bellator hostilius. Edificator Ancus. Priscus omnia fuit.

Seruius ciuili iure inuentor Superbus impotentior.

h Ec est prima ætas populi Romani & quasi infantia quā habuit sub regibus septē quadā faros: industriae tam variis ingenio: vt reipublicę ratio & vtilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius: tali opus fuit: vt inuaderet res gnum? quid Numa religiosius: ita res popolit: vt ferox popu lus deorum metu mitigaret. Quid ille militiae artifex Tullus hostilius bellatoribus viris q̄ necessarius? vt acueret ratione virtutē. Quid edificator Ancus? vt vrbē colonia extenderet: portē iungeret: muro tueret. Iam vero Tarquinij ornamēta & insignia? quantū principi populo addiderunt ex ipso habitu dis gnitatem? Actus a Seruio census quid affecit: nisi vt ipsa se nos ceret respublica. Postremo Superbi illius importuna domina tio nonnihil immo vel plurimū profuit: sic ēm esse tum est: vt agitatus iniurijs populus cupiditate libertatis incenderetur.

DE MVTATIONE REI PVBLICE.

i Gitur Bruto Collatino q̄ ducibus & auctoribus (qui bus ytionē sui moriens matrona mandauerat) Popu lus Romanus ad vindicandū libertatis ac pudicitiae decus: quo dam quasi instinctu deorū cōcitatus: rege repente destituit: bo na diripuit: agrū Marti suo cōsecrat: imperiū in eosdē libertatis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-35a1039,0280-3
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .IIII.

sue vindices transfert: mutato tamē & iudice & nōie: quippe ex perpetuo annuū placuit/ex singulari duplex: ne potestas solitudine/vel mora corrumperet: Consulesq; appellauit pro regibus/vt cōsulere se ciuibus suis debere meminissent. Tantumq; libertatis noue gaudiū incesserat: vt vix mutati status fidem caperent: alteriūq; ex consulibus tantū ob nomē & genus regium: fascibus abrogatis vrbe dimitterēt. Itaq; substitutus Valerius Publicola ex summo studio annixus est/ad augendam liberi populi maiestatē: nam & fasces ei pro libera contione submisit: et ius prouocationis aduersus ipos dedit/& ne specie arcis offenderet/eminētes ædes suas in plana submisit. Brutus vero fauore ciuiū/etiā domus sue clade & parricido velificatus est. quippe cū studere reuocandis in vrbem regibus liberos suos cōperisset: protraxit in forum/& cōtione media/virgis cecidit/& securi percussit: vt plane publicus parens in locum liberorū adoptasse sibi populū romanum videret. Liber iam hinc po. Ro. prima aduersus exteros arma pro libertate corripuit/mox pro finibus/deinde pro sociis/tum gloria & imperio lacessentibus assidue vsq; quaq; finitimis/quippe cum patrij soli gleba nulla esset/sed statim pomeriū mediusq; inter latium & tuscos/quasi in quodam biuio collocatus/omnibus portis in hostē incurreret: donec quasi cōtagione quadā per singulos itum est/& proximis quibusq; correptis/totam Italiam sub se redegerunt.

BELLVM ETHRVSCVM CVM REGE PORSENNA.

P Vlsis ex vrbe regibus/prima pro libertate arma corripuit. Nam Porsenna rex Ethruscorū ingētibus copijs aderat/& Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen (quis et armis & fame vrgeret: occupatoq; ianiculo/ipsis vrbis faucibus incubaret) sustinuit: repulit: nouissime etiam tanta admiratione perculit: vt superior vltro cum pene victis: amicitie fœdera feriret. Tunc illa romana pericula/atq; miracula/Horatius Mutius/Clœlia/que nisi in annalibus forent/hodie fabulæ viderentur. Quippe Horatius Cocles/postquam hostes

Primi cōsules

Brutus fasces percussit.

Porsenna.

Horatius Mutius Clœlia.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER PRIMVS.

vndiq; instantes solus submouere nō poterat/ponte rescisso tran
snatat Tyberim/nec arma dimittit..Mutius Scęuola/regē per
insidias in castris eius aggreditur/sed vbi frustratū circa purpu
ratum:eius ictum tuetur:ardentibus focis injicit manū; terro
remq; gemināt dolore Vt scias inquit quē virū effugeris:idem
trecēti iurauimus Cum interim:im mane dictu/hic interfectus:
ille trepidaret;tanq; manus regis arderet. Sic quidem viri. Sed
ne quis sexus a laude cessaret/ecce & virginū virtus. Vna ex ob
sidibus regi data:elapsa custodiā Cloelia/per patrium flumen
equitabat/& rex quidem tot tantisq; virtutū terroribus/ mouēdis/
valere libertatē esse iussit. Tarquinii ēt diu dimicauerūt:donec
Aronte filiū regis manu sua Brutus occidit/superq; ipso mutuo
vulnere expirauit Plane quasi adultę ad inferos vitę sequerēt

BELLVM LATINVM.

Manlius Tus culanus. Regillus lacus

Annalis naues rostrate

Latini quoq; Tarquinios assereb̄āt emulatiōe & inui
dia:vt populus qui foris dominabatur: saltem domi
seruiret. Igitur omne latium(Manilio Tusculano duce)quasi in
regis vltionē tollit animos Apud Regilli lacum dimicat diu
marte vario /donec Posthumius ipse dictator signū in hostes
iaculatus est:nouū & insigne cōmentū/vti peteret cursu Cossus
equitum magister exuere frenos imperauit/& hoc nouum quo
acrius incurrerent,ea atrocitas fuit prędę:vt interfuisse specta
culo deos fama tradiderit;duos ip candidis equis Castorē atq;
Pollucē nemo dubitauit. Itaq; & imperator veneratus est/ pa
ctusq; victoriā templā promisit:& reddidit laue quasi cōmili
tonibus deis stipēdiū. Hactenus pro libertate: Mox de finibus
cū eisdē Latinis assidue & sine intermissione pugnatū est. Sos
pa quis credat & Algidum ferroni fuerūt. Sātricū atq; Corni
culum prouinę de Veiis & Bouillis pugler si triumphauimus.
Tibur nunc suburbanū/& æstiue Prenestę delitię/ nuncupatis
in capitolio votis petebant. Idem tunc Fefulę: quod capite tru
per idem nemus Aricinum: quod Herdinius saltus/ Preneste/
quod Gelonia cū: quod Tigris/quod Euphrates: Coriolos quoq;
proh pudor victos adeo glorię fuisse/vt captū oppidum Cne
ius Martius Coriolanus quasi Numantiam aut Africam noie

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039282-4
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .V.

induceret Extant & parta de Antio spolia/que moenibus in sug gestu fori capta hostiũ classe suffixit/si tamen illa classis/nam sex fuere rostrate/sed hic numerus illis initijs nauale bellũ fuit. Peruicacissimi tñ Latinorũ equit: & Volsci fuere/& quotidiani/ vt sic dixerim, hostes. Sed hos pcipue Titus Quintius domu it ille dictator ab aratro/qui obsessa ac pene iam capta Martij Minutij consulis castra egregia virtute seruauit, medium erat forte tempus sementis: cũ patriciũ virum innixum aratro suo/ lictor in ipso opere deprehendit. Inde in atiem profectus: ne qd a rustici operis imitatione cessaret/victos more pecudũ sub iu gum misit. Sic expeditione finita/redijt ad boues rursus trium phalis agricola: Fides numinũ/qua velocitate intra quindecim dies ceptum peractumq; bellum: prorsus vt festinasse dictator ad relictum opus videretur.

BELLVM CVM ETHRVSCIS: FALISCIS: ET FIDENATIBVS.

a Ssidui vero & anniuersarij hostes ab Ethruria fuere Veientes/adeo vt extra ordinariã manum aduersus eos promiserit/priuatumq; gesserit bellum gens vna Fabiorũ: satis superq; idonea clades/cessit apud Cremeram trecenti & sex patricius exercitus/& scelerato signat nomine/que proficiscen tes in prelium porta dimisit, sed ea clades ingentibus expiata victorijs. postq; per alios atq; alios duces robustissima capta sunt oppida/vario quidem euentu. Falisci se sponte dediderũt. Cremati suo igne Fidenates: Rapti funditus deletiq; Veientes. Falisci cũ obsiderent/mira visa est fides imperatoris/nec imme rito/q; ludimagistrũ/vrbis proditorẽ: cũ his: quos adduxerat pueris: vinctũ sibi vltro remisisset. Eam nãq; furius Camillus vir sanctus & sapiens sciebat verã esse victoriã: que salua fide & integra dignitate pararet. Fidene quia pares nõ erant ferro/ ad terrorẽ mouẽdũ facibus armate/et discolorib⁹ serpentũ in mo dum vitis furiali more pcesserãt: sed habit⁹ ille feralis euersiõis omen fuit. Veientiũ quãta res fuerit indicat decennis obsidio. Tunc primũ hyematũ sub pellibus (taxata stipendio hiberna)

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER PRIMVS.

adactus miles sua sponte iureiurãdo (nisi capta vrbe) nõ remea re: spolia de Laerte Tolũnio rege ad feretriũ reportata. deniq; nõ scalis/nec irruptione: sed cuniculo & subterraneis dolis per actum vrbis excidium. ea deniq; visa est prede magnitudo/vt eius decime Apollini phytio mitterent/vniuersusq; po. R. ad direptionẽ vrbis vocaret. Hoc tunc Veientes fuere/nunc fuisse quis meminit: que reliquie: quodue vestigium: laborat annalium fides/vt Veios fuisse credamus.

Veios direptio

Senonicũ bellum.

BELLVM GALLICVM.

h Inc siue inuidia deum: siue fato: rapidissimus procurrentis imperij cursus/parũper Gallorũ senonũ incursione supprimit. Quod tempus po. Romano nescio vtrũ clade funestius fuerit/an virtutis experimẽtis speciosius. Ea certe fuit vis calamitatis/vt in experimentũ illatã putem diuinitus scire volẽtibus immortalibus dijs: an romana virtus imperiũ orbis mereret. Galli Senones gens natura ferox: moribus incondita: ob hoc ipsa corporũ mole: perinde ac armis ingentibus. adeo omni genere terribilis fuit: vt plane nata ad hominũ interitum: vrbium stragẽ videret. Hi quondã ab vltimis terrarũ oris cũ cingerent oĩa oceano/ingenti agmine profecti: cum iam media vastassent: positis inter alpes & Padum sedibus: ne his quidem contenti per Italiam vagabant. Tum Clusiũ oppidum obsidebant. Pro sotijs ac federatis po. Ro. interuenit. Missi ex more legati: sed quod ius apud barbaros: ferotius agunt: mouent exinde certamen. Conuersis igitur a Clusio: Romãq; venientibus: ad Alliam flumẽ. cũ exercitu Fabius consul occurrit: non Cremere fœdior clades. Itaq; hunc diem fastis Roma mandauit. Fuso exercitu iam mœnibus vrbis appropinquabant. Erant nulla presidia. Tum igitur aut nunq̃ alias apparuit vera illa romana virtus. Iam pridẽ maiores natu amplissimis vsi honoribus in forum coeunt: ibi deuouente pontifice: dijs se manibus consecrãt/statimq; in suas quisq; ædes regressi/sicut in trabeis erant: & amplissimo culto: in curulibus sellis sese posuerũt/vt cũ venisset hostis in sua dignitate morerent. Pontifices & flamines quicquid religiosissimi in templis erat: partim in dolijs de

Clusium.

Non consul sed fortunas miseris.

Sacra romanorum.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019284-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .VI.

fossa terra recondunt/partim imposita plaustris secū auferunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestę nudo pede fugientia sacra comitant: tamē excepisse fugientes vnus e plebe fertur Albinus qui depositis vxore & filijs: virgines in plaustrū recepit. adeo cū quo q; in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus vero: quā satis constat vix mille hoīm fuisse: duce Manlio arcem capitolini mōtis insedit/obtestata ipsum qua si presentē Iouem: vt quēadmodū ipsi ad defendendū templū eius cōcurrissent/ita ille virtutē eorū numine suo tueretur. Aderant interim Galli: apertāq; vrbem primo trepidi/nec qui subesset dolus/mox vbi solitudinē vidēt/pari clamore & impetu inuadunt: patentes passim domos adeunt: vbi sedentes in curulibus suis prętextatos senes/velut deos geniosq; venerati/mox eosdē postq̄ esse hoies liquebat/alioquin nihil nō spondere dignitates. pari vecordia mactant: facesq; tectis iniiciunt: & totā vrbem igne ferro manibus exequāt. Sex mensibus barbari; quis crederet) circa montē vnū pependerunt: nec diebus modo sed noctibus oia experti/cū tamen Manlius nocte subeuntes clangore anseris excitatus: a summa rupe deiecit/& vt spem hostibus demeret/quanq̄ in summa fame/tamē ad spem fidutię passes ab arce iaculatus est. Et stato quodā die per medias hostiū cūstodias Fabium pontificē ab arce demisit: qui solenne sacrū in quirinali monte conficeret. Atq; ille per media hostium tela incolumis religionis auxilio rediit: propitiosq; deos renuncias it. Nouissime cū iam obsidione sua barbaros fatigasset/mille pondo auri recessum sui vendicantes. Idq; ipsum per insolentiam cū ad iniqua pondera addito & huc gladio/superbe victos increparent/subito aggressos a tergo Camillus adeo cecidit: vt oia incendiorū vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Agere gratias dijs immortalibus: pro ipso tantę cladis nosse libet: pastorū casas ignis ille & flamma paupertatē Romuli absondit. Incendiū illud quid egit aliud: nisi vt destinata hominū ac deorū domicilio: ciuitas nō deleta: nō obruta: sed expiata potius & illustrata videat. Igitur post assertā a Manlio: restitutā a Camillo vrbē: acrius etiā vehementiusq; in finitimos resurre-

B

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



xit. Ac primū omniū ullam ipsam gallicam gentem nō contentus moribus expulit. Tecū per Italiam naufragia sua latius traheret/sic persecutus est (duce Camillo) vt hodie nulla Senonū vestigia supersint. Semel apud Athenem trucidati/cū singula ri certamine Manlius aureum torquē barbaro inter spolia detraxit: inde Torquati. Iterum Pontino agro cū ii simili pugna Lutius Valgius insidente galeę cornu alite adiunxis rettulit spolia/& inde Corui. Necq; tamen post aliquot annos omnes reliquias eorum in Etheruriam ad lacum Vadimonis/Dolabella deleuit/ne quis extaret in ea gente/qui incensam a se Romam vrbem gloriaretur.

BELLVM LATINVM.

c Quersus/a Gallis in Latinos Manlio Torquato/Decio Murena consulibus/semper quidem emulatione imperij & magistratuum infestos/tum vero contemptu vrbis incensę/cui ius ciuitatis/partem imperij ac magistratuum posce rent/pari imperio. Atq; iam amplius q̄ cōgredi auderent/quo tempore quis cessisse hostem mirabatur/cū alter consulum filium suū (quia contra imperiū pugnauerit) q̄is victorem/occiderit/quasi plus in imperio esset/q̄ in victoria. Alter quasi mos hostiu deorum capite velato primum ante aciem dis manibus se deuouerit/vt in confertissima se hostium tela iaculatus/nouum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret.

BELLVM SABINVM.

a Latinis aggressis est gente Sabinorū/qui immemores facte sub Tito Tacio affinitatis/quodā contagio belli se Latinis adiunxerunt. Sed Curio Dentato consule: omnem eum tractum qua Nar ambit/fontesq; Velini adriatico terminū/igne ferro q; vastauit/qua victoria tantū hominum tantum agrorum redactum in potestatē/vt in vero plus esset ne ipse posset existimare/qui vicerat.

BELLVM SAMNITICVM.

p Recibas deinde Capanię motus/nō p se/sed q̄ fę speciosius p locos Samnites inuadit. Erat fidus cū vtrisq; pculsum/sed hoc Capani sanctius/& prius olim suoq; deditione

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039,0286-5
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



fecerūt. Sic ergo romanus bellū Samniticū tanq̄ sibi gessit Omnium nō modo Italia: sed toto orbe terrarū pulcherrima Campanię plaga est: nihil mollius cœlo/deniq; bis floribus vernat/nihil vberius solo/ideo Liberi ceterisq; certamē dicit/nihil hospitalius mari. Hic illi nobiles portus Caieta: Misenus: & tepentes fontibus Baie/Lucrinus/& Auernꝰ quēdā maris otia. Hic amicti vitibus mōtes Gaurus Falernus/Massicus: & pulcherrimus omniū Vesuus æthnei ignis imitator. Vrbes ad mare Formie Cume: Puteoli/Neapolis/Herculaneū/Pompei/& ipsa caput vrbiū Capua: quondā inter tres maxias Romā Carthaginēq; numerata. Pro hac vrbe his regionibus P.R. Samnites inuasit: gentem si opulentiā queras/aureis & argenteis armis/dīscolori veste vsq; ad ambitū armatā. Si fallatiā: saltibus fere & montiū fraude grassantē. Si rabiem ac furorem/sacratis legibus/humanisq; hostiis in exitiū vrbis agitatā. Si pertinatiā/sexies rupto fœdere cladibusq; ipsis animosiore. Hos tamē quinquaginta annis per Fabios & Papirios patres/eorūq; liberos ita subegit ac domuit/ita ruinas ipsas vrbiū diruit/vt hodie Samniū in ipso Samnio requirat: nec facile appareat materia quatuor & viginti triumphorū/maxime tamē nota & illustris ex hac gente clades apud Caudinas furcas: Veturio Posthumioq; cōsulibus accepta est/clauso eñ per insidias intra eum saltū exercitu: vnde nō posset euadere/stupens occasione tanta/dux hostiū Poncius Herennium patrē consuluit/& ille mitteret oēs vel occideret/sapienter vt senior suaserat: hic armis exutos mittere sub iugū maluit/vt nec amici forent benefitio/& post flagitiū hostes magis. Itaq; & consules magnifice voluntaria deditione turpitudinem fœderis dirimunt/& vltionē flagitans: miles Papirio duce: horribile dictu/subiectis ensibus p ipsam viā ante pugnā furit & in cōgressu arsisse oīm oculos hostis auctor fuit. nec prius finis cedibus datus q̄ iugū & hostibus & duci capto reposuerūt.

Campanie laus.

Samnites epos.

Art. quotiens de Samnitibus triumphorum.

Caudina das ceo.

Romanorum oculi i acie arsere.

BELLVM ETHRVSCVM SAMNITICVM.

h Actenus P.R. cum singulis gentium: mox aceruatim. tamen sic quoq; par omnibus/Ethruscorum. xij. pos

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



puli in id tempus intacti/antiquissimus Italię populus Samnitium/reliqui in excidium romani nois repente coniurant. Erat terror ingens/tot simulq; tantorū populorū. A latere Ethrurię infesta quatuor agminum signa volitabant. Geminius interim faltus in medio ante inuius/plane quasi Calydonius vel Hercinius: adeo tūc terrori erat/vt senatus consuli denunciaret/ne tantum periculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit ducem/quin fratre premisso exploraret accessus/ille per noctem pastorio habitu speculatus omnia refert. Tum sic Fabius maximus periculosissimū bellum periculo explicauit. Nam subito inconditos atq; palantes aggressus est/captisq; superioribus iugis in subiectos suo more deuoluit. Ea nanq; species fuit illius belli quasi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterent/nec incruenta tamen illa victoria/Nam oppressus in sinu vallis alter consulum Decius. More patrio deuotum diis manibus obtulit caput/solennemq; familię suę consecrationem in victoriæ pretium redegit.

Geminius saltus.

Decius se deuouit.

BELLVM TARENTINVM ET CVM PYRRHO REGE.

Equitur bellum Tarentinū/vnum quidē titulo & nomine/sed victoria multiplex/hoc enim campanos/Apulos/atq; Lucanos/& caput belli Tarentinos/idem totam Italiam/& cū istis omnibus Pyrrhū clarissimū Græcię regem: vna veluti ruina pariter inuoluit/vt eodē tempore & Italiā consumaret/& transmarinos triūphos auspicaret. Tarentum etiam Lacedemoniorū opus: Calabrie quondā & Apulię totiusq; Lucanię caput/Tum magnitudine & muris/portuq; nobili/tum mirabili situ/quippe in ipsis adriatici maris faucibus posita/in oras nostras Histriam/Illiricum/Epyrum/Achaiā/Affricam: Siciliam vela dimittit. Imminet portui ad prospectū maris positum vrbis theatrum/quod quidem causa miseræ ciuitati fuit omniū suarū calamitatū: Ludos forte celebrabat/cū remigantes littori romanas classes inde videntatq; hostem rati emicāt/sine discrimine insultāt. Qui aūt aut vnde Romani nec satis norant/aderat sine mora querelā ferens legatus. Hunc quoq; fedi-

Tarentinorum suaris.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM VIII.

us per obscenam turpēq; dictu contumeliam violant. Ex hinc bellum/sed apparatus horribilis cū tot simul populi pro Tarentinis consurgeret/omnibusq; vehemētior Pyrrhus q̄ semigrecam ex Lacedemoniis cōditoribus ciuitate vendicaturus/cum totius viribus Epyri/Thessalię/Macedonię/incognitisq; in id tempus elephātis: mari: terra: viris/equis: armis; addito insuper ferarum terrore veniebat. Apud Heracleā & campanię fluuium Lirim Leuino consule: prima pugna: que tam atrox fuit: vt Ferentanę turmę prefectus inuectus in regem: turbauerit/coegeritq; proiectis insignibus prelio excedere. Factum erat/nisi elephanti conuersi in spectaculum belli procurrissent/quorum tum magnitudine: tum deformitate & nouo colore simul ac stridore consternati/qui cū incognitas sibi belluas amplius q̄ erant suspicarent: fugam stragemq; late dederūt. In Appulia deinde apud Asculū melius dimicatū est Curio Fabritioq; consulibus. Iam quippe belluarū terror exoleuerat: et Caius Minutius quarte legionis hastatus/vnius promuscide abscissa mori posse belluas ostenderat/itaq; & in ipsas pila congesta sunt/& in turres vibratę faces/tota hostiū agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec ante cladi finis fuit/q̄ nox dirimeret/postremusq; fugientiū, ipse rex a satellitibus humero sauius in armis suis referret. Lucanię suprema pugna sub Arusinis quos vocāt campis/ducibus iisdem: qui superiis/& tunc tota victoria/exitum quē datura virtus fuit/casus dedit. Nam productis in primam atiem rursus elephātis: vnū ex his pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit/qui cū per stragē suorū percurrens stridore quereret/mater agnouit/& quasi vindicare exsiluit/tum oīa circa quasi hostilia graui timore permiscuit: ac sic eedem fere que primā victoriā abstulerāt: secundā partem fecere: tertiā sine cōtrouersia tradidere. Nec vero tantū armis & in campis/sed cōsiliis q̄ & domi & intra vrbem cū rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primā victoriā rex callidus: intellecta virtute romana statim disperauit armis/seq; ad dolos cōtulit. Nā interemptos cremauit/captiuosq; indulgēter habuit: & sine pretio restituit. Missisq; deinde legatis in vrbē/omni modo adni-

Pyrrhi apud Asculum pene metus.

Pyrrhi ars in ro. superandū

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER PRIMVS

xus est/vt in amicitiā reciperet. Sed bello & pace/foris & domi
omnem in partē Romana virtus tum se probauit/nec alias ma
gis/q̄ Tarentina victoria ostēdit populi ro. fortitudinē/senatus
sapientiā/ducum magnanimitatē. qui nam illi fuerūt viri quos
ab elephantis primo prelio obrutos accepimus: oim vulnera in
pectore: quidā hostibus suis immortui/oim in manibus enses/
et relictę in vultibus mine/& in ipsa morte ira viuebat/qd adeo
Pyrrhus miratus est/vt diceret. Q q̄ facile erat orbis imperium
occupare/aut mihi romanis militibus/aut me rege romanis.
Q ue aūt eorū/qui superfuerunt in reparando exercitu festina
tio: cū Pyrrhus Video me inqt plane Herculis sidere procrea
tum: cui quasi ab angue Lerneo: tot cesa hostiū capita de sangui
ne suo renascunt: Q ui aūt ille senatus fuit: cū perorante Appio
cœco: pulsi cū muneribus suis ab vrbe legati Interrogati a rege
suo quid de hostiū sede sentirent: Vrbem templū sibi visum/se
natum regnū esse confiterent/quales porro ipsi duces vel in ca
stris: cū medicū venale regis Pyrrhi caput adferentē Curius re
misit. Fabritius oblatā sibi a rege imperij partē repudiauit. Vel
in pace/cū Curius fictilia sua Samnitico preferret auro. Fabri
tius decē pondo argenti circa Ruffinū consularē virum/quasi
luxuriā/censoria grauitate damnaret. Q uis ergo miret his mo
ribus/virtute militū/victorē populum Romanū fuisse? Vnoq;
bello Tarētino intra quadriennium maximā partē Italię/fortissi
mas gentes/opulētissimas vrbes/vberrimasq; regiones in dedi
tionē redegisse? Aut qd adeo fidem superet? qm̄ si principia bel
li cū exitu cōferant/victor primo prelio Pyrrhus totā tremen
tem Italiā: Campaniā/Lirim: Fregellasq; populat⁹/ ppe captā
vrbe a Prenestina arce prospexit/& a vigesimo lapide oculos
trepidę ciuitatis fumo ac puluere impleuit. Eodem postea bis
exuto castris/bis saucio/& in Gretiā suā trans mare ac terras fu
gato: pax & quies/& tanta adeo de opulentissimis tot gentibus
spolia/vt victoriā suā Roma nō caperet. Nec eñ vllus pulchri
ori vrbe: aut speciosior triūphus intrauit. Cū ante hūc diē nihil
nisi pecora Volscorū: greges Sabinorū: carpenta Gallorū: fra
cta Samnitū arma vidisset. Tum si captiuos aspiceres: Molossi/

Atten. vocem Pyrrhi.

Romanorum Iudicio.

Tarentinum bellum.

Quousq; Pyrrho processerit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM IX.

Thessali: Macedones: Brutius: Apulus: atq; Lucanus: Si pom pas: auri: purpura: signa: tabulæ: rent: neq; delitiæ. Sed nihil li bentibus populus romanus aspexit q̄ illas quas timuerat cū uteri bus suis belluas: que nō sine sensu captiuitatis: summissis cerui cibus victores equos sequebantur.

BELLVM PICENTE.

o Mnis mox Italia pacem habuit. Q uid enim post Ta rentum auderent: nisi q vltro persequi socios hostis um placuit. Domiti ergo picentes: sed caput gentis Asculum Sempronio duce/ qui trementē inter prelium campo/ Tellus rem deam promissæ de placauit.

BELLVM SALENTINVM.

f Alentini Picentibus additi/ caputq; regionis Brun dusium inclito portu/ Marco Attilio duce/ & in hoc certamine: victoriæ pretium/ templum sibi pastoria Pales vi tro poposcit.

BELLVM VVLSINENSE.

p Asteremi Italicorum in fide mansere Vulsini opulen tissimi Ethruscorum: implorātes opem aduersus ser uos quondam suos/ qui libertatem a dominis datam: in ipsos exercerant/ translataq; in se republica dominabantur. Sed hi quoq; duce Fabio Gurgite pœnas dederunt.

DE SEDITIONIBVS.

h Ecest secūda ætas populi Romani: & quasi adolescen tia: qua maxime viriis: & quodā flore virtutis exar sit ac fremuit. Itaq; quedam adhuc ex pastoribus feritas: quid dam spirabat indomitum. Inde est q̄ exercitus Posthumium imperatorē: inficiantē quas promiserat predas: facta in castris seditione: lapidauit. Q ; sub Appio Claudio nolut vincere ho stem: cū posset. Q ; duce Valerio Nerone detractantibus ple bs militiā: fracti consulis fasces. Inde q̄ clarissimos principes: q̄ aduersabatur voluntati sue: exilatione mulctauit. vt Corio lanum colere agros subentem: nec minus ille ferociter iniuri am armis vindicasset/ nisi q̄ iam inferentē signa filium: mater Veturia lachrymis suis exarmauit: Vt ipm Camillū q̄ inique

Eleptolit capti

Edes Tellu vota.

Pales dea.

Fabius Gurges.

Posthumi in castris lapidat nus.

Coriolanus.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG um rbin.de.bvb:20-35a10.39.291-9 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER PRIMVS

inter plebem & exercitū diuisisse Veientē predam videret. Sed hic melior obsessis in capta vrbe consuluit/ & mox supplices de hoste Gallo vindicauit. Cum senatu quoq; de equo bonoq; certatum est/ adeo vt relictis sedibus/ solitudinem & interitum patrię suæ minarentur.

Prima ciuitatis discordia.

p Rima discordia ob impotentiā feneratorū/ quibus interga quoq; seruiliter seuientibus: in sacrū montē plebs armata secessit/ ægreq; (nec nisi tribunus impetrasset) Menenii Agrippe facundi & sapientis viri auctoritate reuocata est. Extat orationis antiquę satis efficax/ ad concordiam fabula/ qua discessisse inter se quondam humanos dixit artus/ q; omnibus opere fungentibus/ solus venter immunis ageret/ deinde moribūdos a seiunctione redisse in gratiam/ qñ sensissent q; eius opera/ redactis in sanguinem cibis/ irrigarentur.

Secūda ciuitatis discordia.

s Ecundam in vrbe decemuiratus libido conflauit: allatas a Gretia leges, decē principes electi iubente populo conscripserant; ordinataq; erat in xij. tabulis tota iusticia. Cū tamen traditos fasces regio quodam furore retinebant. Ante cęteros Appius eo insolentię elatus est/ vt ingenuā virginem stupro destinaret/ oblitus & Lucretię/ & regum/ & iuris: quod ipse composuerat. Itaq; cum oppressam iudicio filiam trahi in seruitutem videret Virginius pater: nihil cunctatus in medio foro manu sua interfecit: admotisq; signis commilitonum/ totam eam dominationem obsessam armis in carcerem & cathenas ab Auentino monte detraxit.

Tertia discordia.

TERTIA SEDITIO.

t Ertiā seditionē excitauit matrimoniorū indignitas/ vt plebei cum patricijs iungerentur/ qui tumultus in monte Ianiculo/ duce Canuleio tribuno plebis exarsit.

Quarta seditio

q Vartā honorū cupido/ vt plebei quoq; magistratus crearent. Fabius Ambustus duarū pater: alterā Sulpitio patricij sanguinis dederat/ alterā plebeio Stoloni: quodam tempore: q; lictorię virgæ sonū ignotū pœnatibus suis expauerat: a sorore satis insolenter irrisa: iniuriā non tulit. Itaq; nactus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



tribunatū: honorū & magistratuū consortium q̄uis inuito sena tu extorsit. Verum in hisipsis seditionibus principē populū nō immerito suspexeris. Siquidē nunc libertatē/nunc pudicitiam. Tum natalium dignitatē/honorum decora & insignia vindica uit. Inter oīa hęc nullius acrior custos q̄ libertatis fuit/ nullaq; in pretium eius potuit largitione corrumpi/cū(vt in magno & indies maiore populo) interim perniciosi ciues existerēt. Cassi um largitione/agraria lege suspectū regię dominationis presen ti morte mulctauit. Ac de Spurio quidem supplitiū pater ipsi us sumpsit Hūc Quintij dictatoris imperio in medio foro ma gister equitum Seruilius Hala confodit. Manliū vero capitolij vindicem/quia plerosq; debitorū liberauerat/altius se & inciui lius efferentem/ab illa quam defenderat arce deiecit. Talis do mi ac foris/talis pace belloq; po. Ro. statum illum adolescētię: id est secundam imperij ætatem habuit/in qua totam inter al pes fretumq; Italiam armis subegit.

Sp. Cassius.

Manlius capitolinus.

Finis Primi Libri.

LVCII FLORI EPITOMATIS LIBER SECVNDVS.

d Omita subactaq; Italia po. Ro. prope quingentesi mum annum agens/cū bona fide adoleuisset/si quod est robur/si qua iuuentus/tamen ille vere robustus & iuuenis et par orbi terrarum esse cepit. Ita mirum & incredibile dictu/ qui prope quingētis annis domi luctatus est(adeo difficile fue rat dare Italię caput) his ducentis annis qui sequuntur/ Affri cam: Europam/Asiam/totum deniq; orbem terrarum bellis victoriisq; peragrauit.

Processus romanus populus.

PRIMVM BELLVM PVNICVM.

i Gitur victor Italię populus cū a terra fretum vsq; ve nisset(more ignis/qui obuias populatus incendio sil uas/interueniēte flumine abrumpitur) paulisper substitit. Mox cum videret opulētissimam in proximo predam quodammo do Italię suę abscissam/& quasi reuulsam/adeo cupiditate eius exarsit/vt quatenus nec mare iungi/nec pontibus posset/armis belloq; iungēda/& ad continentē suū reuocanda bello videret.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .XI.

tumulū occupauit: adeoq; moratus hostes/dum exercitatus oīs
euaderet: ac sic pulcherrīo exitū termopilarū & Leonide famā
adequauit. Hoc illustrior noster q; expeditioni tantę superfuit
et superuixit/licet nihil scripserit sanguine. Lucio Cornelio Sci
pione cū iam Sicilia suburbana esset populi romani prouintia:
serpente latius bello: Sardiniā annexāq; ei Corsicā transijt/vbi
et hic Caralę vrbis excidio incolas terruit/adeoq; oīs terra ma
ri Penos expugnauit/vt jā victorię nihil nisi Affrica ipsa restaret.
M. Attilio Regulo duce iam in Affricā nauigabat bellū:
nec deerant/qui ipso Punici maris noīe ac terrore deficerēt. Au
gente insuper tribuno Mannio metū/in quē nisi paruisset: secu
ri districta imperator metu mortis nauigandi fecit audatiam:
mox de ventis remisq; properatum est/tantusq; terror hostici
aduentus Penis fuit/vt apertis pene portis Carthago caperet.
Belli prima premiū fuit ciuitas Clypea/Prima enī a Punico tu
tore quasi arx & specula procurrit. Et hęc et .ccc. amplius castel
la vastata sunt. Nec cū hominibus: sed cū monstris quoq; dimi
catum est. Cum quasi in vindictā Affricę nata mire magnitudi
nis serpens/posita apud Bragadam: castra vexaret. Sed omni
um victor Regulus/cū terrorem nominis sui late circumtulis
sset/cumq; magnam vim iuuentutis ducesq; ipsos aut cepisset,
aut haberet in vinculis/classemq; ingenti preda honustam &
triumpho grauem in vrbem premisisset/etiam ipsam caput bel
li Carthaginem vrgebat obsidione/ipsisq; portis inherebat.
Hic paulum circumacta fortuna est tantum/vt plura deessent
Romanę vrbis insignia/cuius fere magnitudo calamitatibus
approbat. Nā cōuersis ad externa auxilia hostib⁹: cū Xantippū
illis duce Lacedemon misisset/a viro militię peritissimo vinci
mur/cū fęda clade romanisq; vsu icognita Viuus ī man⁹ hostiū
venit fortissim⁹ imperator. Sed ille qdē par tantę calamitati fuit/
nā nec Punico carcere fractus est: nec legatōe suscepta/quippe
diuersa/quā hostes mandauerāt. Censuit ne pax fieret/ne cōmu
tatio captiuorū recipet. sz nec vllo volūtario ad hostes suos redi
tu. nec vltio: siue carceris: seu crucis supplitio deforata maiestas.
Immo his oīb⁹ admirabilior: qd aliud: q̄ vict⁹ de victorib⁹ (qa

Romani Affricā mancipat.

Xanatippus.

Reguli fides.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Carthago nō cesserat) de fortuna triumphauit. Po. aūt Romanus multo acrior infestiorq; pro vltione Reguli q̄ pro victoria fuit. Metello igitur cōsule spirantibus altius Pœnis: & reuerso in Siciliam bello: apud Panormū sic hostes cecidit: vt ne amplius ea in insula concitaret. Argumentū ingentis victoriæ centum circiter elephantorū captiuitas. Sic quoq; magna preda: ac si gregē illum nō bello: sed venatione cepisset. Publio Claudio consule non ab hostibus sed a dijs ipsis superatus est: quorū auspitia contempserat: ibi statim classe demersa: vbi ille precipitari pullos iusserat: q̄ pugnare ab his vetaretur. Marco Fabio Buteone cōsule classem hostiū in Affrico mari apud Aegynurum iam in Italiam vltro nauigantē cecidit. Quānis Octauio triumphus tempestate intercidit: cū opulenta preda classis aduersis acta ventis: naufragio suo affricā & syrtes: omnium imperia gentiū: insularū littora impleuit. Magna clades/ sed non sine aliqua principis populi dignitate intercepta tempestate victoria: & triumphum perijsse naufragio. Et tamen cum Punice predę omnibus insulisq; fluitarent Po. Ro. triumphauit. Luctatio Catulo consule tandem bello finis impositus apud insulas: quibus nomē Aegates: nec maior alia in mari pugna: quippe cōmeatibus: exercitu: ꝓpugnaculis: armis: grauis hostiū classis: et in eis quasi tota Carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta: leuis: expedita: & quodam genere castrensis ad similitudinē pugnę equestris: sic remis quasi habenis agebatur/ & in hos vel in illos mobilia rostra speciem vluentium preferebant. Itaq; momento temporis lacerate hostiū rates: totum inter Siciliam Sardiniāq; pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta deniq; fuit illa victoria: vt de excidendis hostium mœnibus nō quereretur/ superuacuū visum est in arcem murosq; seuire/ cum iam in mari esset deleta Carthago.

Mar. Fabius Buteo.

Luctatius consul.

Victoria naualis ad Aegates

BELLVM LIGVRICVM.

Peracto punico bello secuta est breuis sane & quasi ad recipiendū spiritum requies/ argumentūq; pacis/ & bona fide cessantiū armorū: tunc primū post Nnmā clausa fuit porta Iani/ sed statim ac sine mora patuit. Quippe iam Ligu

Janus gemini sedo claudetur.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



resciam insubres Galli/necnon & Illirij lacessebant. Sic de subal
pibus/ id est: de subipsis Italię faucibus gentes/deo quodā assi-
due incitante/ne rubiginē ac situ. s. arma sentirent/depiq; vtriq;
quottidiani/& quasi domestici hostes tyrocinia militū imbue-
bant. Nec aliter vtraq; gente quasi cote quadam P. Ro. ferrum
suæ virtutis acuebat. Ligures inuijs alpium iugis adherentes
inter Varum & Macram flumen implicitos dumis siluestribus
maior aliquāto labor erat inuenire: q̄ vincere: tutū locis & fuga/
durum atq; velox genus ex occasione/magis latrocinia q̄ bella
faciebat. Itaq; cū diu multumq; eluderet saltūs Deciates/Moxu
bij: Euburiates: incognitas tandem Fuluius latebras eorū igni
bus sepsit: Bebius in plana deduxit. Posthumius ita exarma-
uit: vt vix reliquerit ferrum: quo terra coleretur.

Domiti Zigaren.

BELLVM GALLICVM.

g Allis insubribus & his accolis alpium: animi ferarum
corpora plus q̄ humana erant/sed experimēto depre
hensum est. Quippe sicut primus impetus eis maior q̄ virorū
est: ita sequēs minor q̄ fœminarū. Alpina corpora humenti cœ
lo educata/habēt quiddā simile niuibus suis/ q̄ mox vt caluere
pugna: stati in sudorē eunt/& leui motu/quasi sole laxant. Hoc
sępe & alias sed Britomaro duce nō prius soluturus se baltea/q̄
capitoliū ascendissent iurauerant. factū est. Victos eñ Emilius
in capitolio discinxit. Mox Aristonico duce vouere de nostro-
rum militū preda Marti suo torquem: intercępit Iupiter votū.
nam de torquibus eorum aureū tropheū Ioui Flaminius erexit
Viridomaro rege: romana arma Vulcano promiserant/ alior-
sum vota ceciderunt. Occiso enim rege: Marcellus tertia post
Romulum patrem: Feretrio Ioui arma suspendit.

Gallorum natura

Tertia spolia opima.

BELLVM ILLIRICVM.

i Llirici seu Liburni sub extremis alpium radicibus
agunt/inter Arsim Titanumq; flumen /longissime
per totū Adriaci maris littus effusi. Hi regnante Teusa muliere
populationibus nō contenti licentię scelus addiderūt. Legatos
quippe nostros ob ea que deliquerant iure agentes / nec gladio
quidē /sed vt victimas securi percuciunt/ prefectos nauiū igne

Liburnorum sedes.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



comburunt. Idq; quo indignius foret: mulier imperabat. Itaq; Cneo Fuluio Centimalo duce/late domantur. Stricte in principium colla secures legatorum manibus litauere.

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

Scōm bellum punicum.

POst primū punicū bellum vix quadriennij requies: ecce alterū bellum minus quidē spatio/nec eñ amplius q̄. xviij. annos habet: Sed adeo cladiū atrocitate terribilius/ vt si quis conferat damna vtriusq; populi: similior victo sit populus qui vicit. At pudebat nobilē populū/ablatū mare: rapte insule: dare tributa: que habere cōsueuerat. Hinc in vltionē puer Hannibal ad aram patri iurauerat: nec remorabat. Igitur in causa belli Saguntus deleta est: Hispanię vetus ciuitas/ & opulenta: fideiq; erga romanos magnum quidem/sed triste monumentū: quā in libertate cōmuni fędere exceptā: Hannibal causas nouorum motuū querēs: & suis & ipsorū manibus euertit: vt Italiam sibi rupto fędere aperiret. Summa fęderum romanis religio est. Itaq; ad auditū socie ciuitatis obsidiū: memores icti cū Penis quoq; fęderis: nō statim ad arma procurrunt: dum prius more legittimo queri malunt. Interim iam nouē mensibus fessi famę/machinis: ferro & igne: versa deniq; in rabiē fide: immanem in foro excitant rogum: tum desuper se suosq; cū omnibus opibus suis ferro & igne corrumpūt. Huius tantę cladis auctor Hannibal poscitur. tergiuersantibus Penis dux legationis: que inquit mora est Fabius? In hoc ego sinu bellum affero & pacē: vtrum eligitis? vtrū placet sumite: cūq; succlamatū esset: vtrum vellet daret. Bellum igit inquit accipite: & excusso in media curia toge gremio nō sine horrore quasi plane sinu bellum ferret: effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi has inferias sibi Saguntinorum vltime dire in illo publico parricidio incendioq; mandassent/ita manibus eorum: vastatione Italię/captiuitate Affrice/ducum & regū/qui id gessere bellum/ exitio parentatum est. Igitur vbi semel se in Hispania mouit illa grauis et luctuosa Punici belli vis atq; tempestas destinatumq; romanis iam diu fulmē. Saguntino igne cōflauit/statim quodā impetu rapta medios perfregit alpes: & in Italiam (ab illis fabulose

Saguntus.

Atten. nouum belli denuncia nouem.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .XIII.

altitudinis niuibus)velut de cœlo missa descenderit:ac primi quidem impetus turbo inter Padū & Ticinū ;validō statim fragore detonuit. Tunc Scipione duce/fusus exercitus/saucius & ipse venisset in hostiū manus imperator/nisi proiectū patrē pretextatus ādmodū filius ab ipsa morte rapuisset:& hic erit Scipio qui in exitiū Affricę crescit:nomē ex malis eius habiturus Ticino Trebia succedit:hic secunda belli Punici ,pcella desciuit Sempronio cōsule:tūc callidissimi hostes frigidū & niualē nacti diē cū ignibus priusq oleoq fouissent:horribile dictu:hoies a meridie & sole venientes/nostra nos hyeme vicerūt. Trasimenus lacus tertiū fulmē Hannibalis:imperatore Flaminio:ibi ēq ars nouę Punicę fraudis:quippe nebula lacus palustribusq virgultis tectus equitū terga subito pugnantiū inuasit. Nec de dīs possumus querī:imminentē temerario duci cladē prędixerāt. Insidentia signis examina/& aquile prodire nolentes/& cōmissam atiem secutus ingens terrę tremor/nisi illū horror soli/equitū virorūq discursus & mota vehemētius arma fecerūt. Quartū id est pene vltimū vulnus imperij Canne ignobilis Appulię vicus sed magnitudine cladis emersit/&.xl.milium cede parta nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus dux/terra:cœlum:dies/tota denicq rerum natura consensit. Siquidē nō contentus simulatis transfugis Hannibal/qui mox terga pugnantiū ceciderant. Insuper callidissimus imperator patentibus in campis obseruato loci ingenio/cq & sol ibi acerrimus & plurimus pulvis/et eurus ab oriente semper quasi ad cōstituti/ita instruxit aciē/vt romanis aduersus hec oia aduersis/quasi ādm cœlū teneps/vento/puluere/sole:pugnaret. Itaq duo maxim exercitus celi ad hostium sacietatē/donec Hannibal diceret militi suo/parce ferro. Ducum effugit alter/alter occisus est/dubium vter maiore animo/Paulū pudūit/Varro nō desperauit. Documenta classe uentura aliū diu Aufidus/pons de cadaueribus iussu ducis factus/in torrente Vergilū modū duo annulos Carthaginem misit/dignitasq equestris tacita mensura. Dubiū deinde non erat:quin vltimū illum diem habitura fuerit Roma/quintoq intra diem epulari Hannibal in capitolio potuerit (si quod pe

C ij

Ad Ticinū cōflat cum romanis.

Ferūt romani cōmisū ad Trebiam.

Trasimenus lacus.

Cannę populo Romano fuere.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039,259-7
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER SECVNDVS.

Atherbal.

num illũ dixisse Atherbalẽ Bomilcaris ferũt) Hannibal quẽad modum sciret vincere: sic vti victoria scisset. Tum quidẽ illum/ vt dici vulgo solet/ aut fatũ vrbis imperature; aut ipsius mens mala & auersa Carthagine dij in diuersum abstulerunt: cũ victoria posset vti: frui maluit. Relictaq; Roma Campaniã Tarentiumq; peragrare; vbi mox & ipse / & exercitus ardor elanguit/ adeo vt verũ dictũ sit Capuam Hannibali Cannas fuisse.

Capua Hannibali Cannorum loco fuit.

Siquidem inuictũ alpibus/ indomitũ armis/ Campaniẽ (qs crederet) soles: & tepentes fontibus Baie subegerũt. Interim respirare romanus/ & quasi ab inferis emergere/ arma nõ erãt: detracta sunt templis/ deerat iuuentus/ in sacramentũ militię liberata seruitia/ egebat erariũ/ opes suas libens senatus in mediũ protulit/ nec (pter qd in bullis singulisq; annulis erat) quicq; sibi auri reliquere. eques senatus exemplũ secutus/ imitateq; equitem tribus/ denique vix suffecere tabulę: vix scribarũ manus Leuino Marcelloq; consulibus/ cũ priuatę opes in publicũ deferrentur. Quid aũt in eligendis magistratibus/ que centuriarũ sapiẽtia/ cũ iuniores a senioribus consiliũ de creandis consulibus petiuere. Quippe aduersus hostem totiẽs victorẽ: tam callidũ nõ virtute tantũ/ sed suis etiã pugnare cõsilijs oportebat. Prima rede

Cunctator Fabius.

untis: sed vt (sic dixerim) reuiuiscentis imperij spes Fabius fuit qui nouã de Hannibalę victoriã cõmentus est/ nolle pugnare. Hinc illi cognomẽ nouũ/ & resp. salutare cunctator Hic illud ex populo/ vt imperij scutũ vocaret. Itaq; p Samniũ totũ: per Falernos Gauranosq; saltus/ sic macerauit Hannibalẽ/ vt qui frangi virtute nõ poterat: mora comminueret. Inde Claudio Marcello duce etiam congredi ausus est cominus/ venit & pepulit a Campania sua: & ab obsidione Nole vrbis excussit. Ausus & Sempronio Graccho duce per Lucaniã sequi/ & premere terga cedentis: quis tunc (o pudor) manu seruili pugnaret. Nam hucusq; tot mala cõpulerant/ sed libertate donati fecerãt de seruitute romanos. O horribilẽ in tot aduersis fiduciã/ o singularẽ aim ac spiritũ populi romani: tam arctis afflictisq; rebus: cũ de Italia sua dubitaret/ ausus est tñ in diuersa respicere: cumq; hostes in iugulo per Campaniã Apuliãq; volitarẽt/ mediãq; de Italia

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-25a1019/300-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER SECVNDVS

Romã conuerteret. O populũ dignũ orbis imperio: dignũ oĩm
fauore: & admiratione hoĩm ac deorũ: cõpulsus ad vltimos me
tus ab incepto nõ destitit: & de sua vrbe sollicitus. Capuã tamẽ
non omisit/sed parte exercitus sub Appio consule relicta: parte
Flaccũ in vrbe secuta: absens simul presensq; pugnabat. Quid
ergo miramur? Mouenti castra a tertio lapide Hannibali iterũ
ipsos deos: deos inq̃ (nec fateri pudebit) restitisse. Tanta eñ ad
singulos illius motus vis imbriũ effusa est/tanta ventorũ vio-
lentia coorta est/vt diuinitus hostem summoueri: nec cœlo: sed
ab vrbis ipsius mœnibus & capitolio ferri videret. Itaq; fugit:
et cessit: & in vltimũ se Italię recepit sinum/cũ vrbem tantũ non
adortam reliquisset. Parua res dictu/sed ad magnanimitatem
populi romani probandã satis efficax/q; illisipsis quibus obsi-
debatur diebus/ager quẽ Hannibal castris insiderat: venalis
Romę fuit: hasteq; subiectus inuenit emptorem. Voluit Hanni
bal cõtra fiduciã imitari: subiecitq; argentarias vrbis tabernas:
nec emptor inuentus est. Vt scias etiã presagia fatis fuisse, nihil
actũ erat tanta virtute: sine tanto fauore deorũ. Siquidẽ ab His-
pania Hasdrubal frater Hannibalis cũ nouo exercitu: nouis vi
ribus/noua belli mole veniebat. Actũ erat proculdubio/si vir
ille se cũ fratre iunxisset. Sed hunc q̃ castrametantẽ Claudius
Nero cũ Liuio Salinatore debellat Nero in vltio Italię angulo
summouebat Hannibalem/Liuius in diuersissimã partẽ: & in
ipsas uascentis Italię fauces signa cõuerterat. Tanto omni q̃ lon
gissima Italia solo interiacente: quo cõsilio: qua celeritate consu
les castra cõiunxerint: inopinãterq; hostẽ collatis signis cõpre-
sserint neq; id fieri Hannibal senserit: difficile dictu est. Certe
Hannibal recognita: cũ proiectũ fratris caput ad sua castra vi-
disset: agnosco inqt infelicitatẽ Carthaginis? hec fuit illius viri
non sine presagio quodã fati imminentis prima confessio. Iam
certum erat Hannibalem etiã ipsius confessione posse vinci: sed
tot rerum prosperarũ fiduciã plenus populus Ro. magni exti-
mabat asperrimũ hostem in sua Affrica debellare. Duce igitur
Scipiõe in ipsam Affricã tota mole cõuersus: imitari cepit Han
nibalem: & Italię suæ clades in Affrica vindicare. Quas ille: dij

Prodigiosa tempestas.

Hasdrubalis interitus.

Verba Hannibalis esso capite fratris.

Reo in Affrica a Scipione gesta.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um:nbn:de:bsb:20-25a1019/302-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



boni/Hasdrubalis copias:quos Syphacis exercitus fudit? que quãtaq; vtriusq; castra facibus illatis vna nocte deleuit? Deniq; iã nõ a tertio lapide sed ipsas Carthaginis portas obsidiõe q̃cie bat/sic factum est/vt inherentẽ atq; incubantẽ Italię extorserũt Hannibalẽ. Non fuit maior sub imperio romano, dies q̃ ille cũ duo oĩm & antea & postea ducũ maximi/Ille Italię/hic Hispa nię victor:collatis comin⁹ signis direxere atiẽ. Sed & colloquiũ fuit inter ipsos de legibus pacis. Steterũt diu mutua admiratiõe defixi/vbi de pace nõ cõuenit:signa cecinere. Constat vtriusq; cõfessiõe nec meli⁹ instrui aciẽ/ nec acrius potuisse pugnari. hoc Scipio de Hannibalis/ Hnnibal de Scipionis exercitu predica uerunt. Sed tamen Hannibal cessit/premiumq; victoriæ Affri ca fuit/& secutus Africam terrarum orbis.

Hannibal Affrica vincitur

BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.

POst Carthaginẽ vinci neminẽ puduit. Secute sunt sta tim Affricã:gẽtes/Macedonia/Grętia:Syria cęteraq; oĩa/quodã quasi æstu & torrente fortunę. Sic primi oĩm Mace dones affectator quondã imperij populus Itaq; q̃uis tunc Phi lippus regno presideret:Romani tamẽ dimicare sibi cum rege Alexandro videbant. Macedonicũ bellũ noĩe amplius q̃ specta tione gentis fuit. Causa cępit a fędere Philippi/quo rex iampri dem dominantẽ in Italia Hannibalem sibi sociauerat. Postea creuit implorantibus Athenis auxiliũ contra regis iniurias/cũ ille vltra ius victorię in tẽpla/aras:& sepulchra ipsa seuiret. Pla cuit senatui opẽ tantis ferre supplicib⁹/quippe iam gentiũ reges duces/populi/nationes/presidia sibi ab hac vrbe petebãt. Pri mo igitur Liuino consule P.R. Ionium mare ingressus tota Grętiæ littora veluti triumphãti classe peragrauit. Spolia quip pe Sicilię/Hispanię/Sardiniæ/Affricę pferebat. Et manifestã victoriam nata in pretoria puppe laurus pollicebatur. Aderat sponte in auxiliũ Attalus rex Pergamenorũ. Aderant Rodij nauticus populus/quib⁹ a mari consul/a terris oĩa equis virisq; quatiebat. Bis victus rex/bis exutus/bis fugatis castris/cum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu: qui non spiculis neq; sagittis/nec vllo greculo ferro/

Origo Macedonici belli.

Liuinus consul ingressus e mare Ionium.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



sed in gentibus pilis nec minoribus adacta gladijs vltro mortē petebāt. Eni mero Flaminino duce iuuenes antea Chaonum montes: Indumq; amnē per abrupta vagantes & ipla Macedonię claustra penetrauimus: inter ille victorię fuit. Nam postea nunq; ausus congredi rex ad tumulos: qs cynocephalas vocant vno ac ne hoc quidē iusto prelio opprimit. Et illi quidē cōsul pacē dedit: regnū; cōcessit. Mox ne quid esset hostile Thebas & Euboeam & Chalcidē sub Nabide suo Lacedemona compescunt. Grecię vero veterē statū reddidit vt legib⁹ viueret suis: & antiqua libertate frueret. Que gaudia: que vociferationes fuerāt: cum hoc forte Nemeę in theatro quinquēnalibus ludis a preconē pronuntiaretur: quo certante plausit quid fecerū in cōsule profuderū? et iterum iteriq; preconē repetere illam vocē iubebat: qua libertas Achaię pronuntiabat. nec aliter illa consulari sagitte: quo diuturniore aliquo tibiarum aut fidium cantu tenebantur.

BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.

m Macedoniā statim & regem Philippū Antiochus excepit: quodam fato quasi industria hic a gubernāte fortuna: vt quē admodū ab Affrica in Europā: hic ab Europa in Asiā vltro se suggerētibus causis imperiū procederet. Et cū terrarū orbis sponte se ordo victoriarū nauigaret. Non aliud formidolosius fama bellū fuit. Quippe cū Persas & orientem Xerxem atq; Darium cogitarent: quando per septē iuuenes montes: quādo velis opertū mare nunciaret: ad hec celestes mine territabant. Cum humor continuo Cumanus Apollo fudaret. sed hic fauentis asie fuit numinis timor erat: sed nec sane viris opib⁹ armisq; quicq; copiosius Syria: sed in manibus tam ignaui regis incidebat vt nihil fuerit Antiocho speciosius: q; q a romanis victus sē. Impulere regē in id bellū illic Thoas Aetholię princeps: inhonoratum apud Romanos querēs aduersus Macedonas militiæ suæ societatem: hinc Hannibal qui in Affrica victus profugus: et pacis impaciens hostem populo Romano toto q; bello querebat. Et quietus illud fugisset periculum: si le consilijs eius rex tradidisset: si Asiæ viribus vsus fuisset magis Hannibale

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/0044-8
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .XVI.

Sed rex ſuis opibus & nomine regio fretus: ſatis habuit bellum mouere. Europa tam dubio procul iure ad Romanos pertinebat. Hic Lyſimachiã vrbem in littore Tracio poſitã a maioribus ſuis Antiochus vt hereditario iure repetebat. Hoc velut ſidere Aſiatici belli mota tempeſtas: & maxius regũ cõuent⁹: foret iter indixiſſet bellum cũ ingenti ſtrepitu ac tumultu mouiſſet ex Aſia. Occupatis ſtatim inſulis greciſq; littorib⁹ otia & luxus tanq̃ victor agitabat. Euboeam inſulam continenti adherentẽ tenui freto reciprocantibus aquis Euripus abſcidit. Hic ille poſitis aureis ſericiſq; tentoris ſub ipſo freti murmure cũ inter fluenta tibiis fidibuſq; contineret: collatis vndiq; (quis per hyemem) roſis: ne cum aliquo ducum genere agere videretur: Virginum puerorumq; delectus habebat. Talem ergo regem iam ſua luxuria debellatum: P. R. Atilio Glabrione conſule in inſula aggreſſus ipſo ſtatim aduentu ſui inſtio coegit ab inſula fugere. Tam precipitem apud Thermopylas aſſecutus locum / Lacunum ccc. ſpeciosa cade memorandum: ne ibi quidem fiducia loci reſiſtentem mari ac terra cedere coegit. Statim & ueſtigio itur in Syriam. Claſſis regia Polixenidi Hannibalicq; commiſſa: nam rex prelium non aſpectare poterat. Igitur duce Emilio Regillo adremigantibus Rodiis tota laceratur. Ne ſibi placeãt Athenie in Antiocho vicimus. Xẽxetum: in Emilio Alcibiadem equauimus: Epheſios Salaminã penſauimus. Tunc Conſule Scipione cui frater ille modo victor Carthaginis Affricanus voluntaria legatione aderat: debellari regem placet. Etiam toto ceſſerat mari. Sed nos imus vlterius Meandrũ ad amnem: montẽq; Sypilum caſtra ponunt. Hic rex incredibile dictu: quibus auxiliis: quibus copiis cõfederat. Trecenta milia peditum / equitum falcatorũq; curruum nõ minor numerus: elephantis ad hoc immenſe magnitudinis: auro purpura argẽto & ſuo ebore fulgentibus aciem vtring; vallauerant. Sed hec oĩa prepedita magnitudine ſua ad hoc imbre: qui ſubito ſuperfuſus mira fœlicitate Perſicos arcus corruperat: primum trepidatio: mox fuga: deinde triumphus fuerunt. Victo & ſupplici pacem atq; partem regni dari placuit: eo libentius: q; tam facile ceſſiſſet.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER SECVNDVS.

BELLVM AETHOLICVM.

f Yriatico bello successit/ vt debebat: Aetholicū. Victo quippe Romanus Antiocho faces Asiatici belli persequebatur. Ergo Fuluio nobiliori mandata vltio est. Hic protinus caput gentis Ambratiam regiam Pyrrhi machinis quatit: secuta deditio: aderant Aetholorum prēcibus Attici Rodij / & memineramus auxilij: sic placuit ignoscere. Serpit tamen latius in proximos bellum: omnemq; late Cephaleniam / Iacynton/ et quotquot insularum in eo mari inter Ceraunios montes iugumq; Maleum Aetholici belli accessio fuerunt.

Fuluius nobilior.

BELLVM HISTRICVM.

h Istri sequuntur Aetholos. Quippe bellantes eos nuper adiuuerant: & initia pugnę prospera hosti fuerūt: eademq; exitij causa. Nam cū Cnei Manlij castra cepissent/ opimeq; predæ incubarent: æpulantes: ac ludibundos plerosq; aut vbi essent pre poculis nescientes/ Appius pulcher inuadit: sic cū sanguine & spiritu male partam reuomuere victoriā. Ipse rex apulo equo impositus: cū subinde crapula & capitis errore lapsaret/ captum sese vix & ægrę postq̄ experrectus est didicit.

Appius pulcher.

BELLVM GALLOGRECVM

g Allogrętiā q̄ Syriatici belli ruina cōuoluit. Fuerant inter auxilia regis Antiochi: an fuisset cupidus triumphi Manlius: an eos inuisos simulauerit dubiū? Certe negatus est victori triūphus/ quia causam belli non approbauit senatus Cęterū gens Gallogręcorū (sicut ipm nomen inditio est) mixta et adulterata est: reliquię Gallorū qui etiā Brenno duce vastauerant Grętiā. Mox orientē secuti in media Asię pte sedere. Itaq; vt frugū semina mutato solo degenerāt: sic illa genuina feritas eorū Asiatica amenitate mollita est. Duobus itaq; prelijs fusi fugatiq; sunt: q̄uis sub aduētu hostis relictis sedibus in altissimos se mōtes recepissent. Solostogiorū plano Tectosagiā insederāt. vtriq; fundis sagittisq; acti in ppetuā se pacē dediderūt Sed alligati miraculo quodā fuere: cū cathenas morsib⁹ et ore tētassent: cū suffocādas inuicē fauces prebuissent. Nā Orgiagontis regis vxor a cēturiōe stuprū passa: mēorabili exēplo custodiā euasit:

Gallogreci vt.

Atten. mulieris pudicitie exemplum.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .XVII.

renulsumq; militis caput ad maritum suum retulit.

BELLVM MACEDONICVN SE CVNDVM.

d Vm alie aliæq; gentes Syriaci belli sequunt̄ ruinam: Macedonia se rursus erexit: fortissimū populū memoria & recordatio suę nobilitatis agitabat: & successerat filiꝰ Philippo Perseus: qui semel in perpetuū victā esse Macedoniā non putabat ex gentis dignitate. Multo vehemētius sub hoc Macedones q̄ sub patre cōsurgūt. Quippe Thraces in vires suas traxerāt: atq; ita industria Macedonū /viribus thracū: disciplinā Macedonicā temptauere. Accessit his consiliū ducis: qui situ regionum suarꝝ summo speculatus Hemo: positis per abrupta castris: ita Macedoniā suā armis ferroq; vallauerat: vt nō reliquisse aditū/nisi a cœlo venturis hostibus videret. Nā Martio Philippo consule: eam prouintiā ingressus P.R: exploratis diligenter accessibus per Astrudē paludē: per acerbos dubiosq; tumulos/illa q̄ volucribꝰ quoq; videbant inuia accessit/regēq; securꝝ et nihil tale metuentē subita belli eruptione terruit. Cuius tanta trepidatio fuit: vt pecuniā oēm i mare iusserit mergi: ne periret: classem cremari: ne incēderet. Paulo cōsule cū maiora & crebra essent imposita presidia: per alias vias Macedonia depressa est. Summa quidē arte & industria ducis/cū alias minatus: alias irrupisset. Cuius aduentus ipse eo terribilis regi fuit: vt interesse nō auderet. Sed gerēda ducibus bella mandauerit. Absens ergo victꝰ fugit in maria/insulāq; Samothracē: fretus celebri regiōe quasi templa & are possent defendere: quē nec montes sui nec arma potuissent. Nemo regū diutius amisse fortunę conscientiā retinuit. Supplex cū scriberet ad imperatorē: ab illo quo cōfugerat templo/nomēq; epistole notaret suū/ regem addidit. Sed nec reuerentior captę maiestatis alius Paulo fuit: cū in conspectu venisset hostis in templum: recepit: & in cōuiuijs adhibuit: liberosq; admonuit suos vt fortunā (cui tm̄ liceret) reuererent. Inter pulcherrios hūc q̄; P.R. de Macedonia duxit atq; vidit triumphū: quippe cuius spectaculo triduū impleuerit: Prima dies signa tabulasq; Sequens arma pecunias trāsuexit: Tertius

Artes. Perses desperationem

Perseus capti

Triduus diebꝰ agebat triumphus.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER SECVNDVS.

captiuos/ipsumq; regem attonitū adhuc tanq̄ subito malo stu pentem. Sed multo prius gaudiū victorię P.R. q̄ epistolis victoris perceperat. Quippe eodē die quo victus est Perseus in Macedonia/Romę cognitum est. Duo iuuenes candidis equis apud Iturnę lacum puluerē & cruorem abluebāt. Hi nunciare/Castorem & Pollucem fuisse creditum vulgoq; gemini fuissent/interfuisse bello/q̄ sanguine maderent/a Macedonia ve hire/q̄ adhuc anhelarent.

Dicuit ad aeri esse aiit lacuno ttelio.

BELLVM ILLIRICVM.

m Macedonici belli cōtagio traxit Illiricos/ipsi quidem vt Romanū a tergo distringerent a Perse rege cōducti pecuniā militauere. Sine mora ab Antio prętore subigitur. Loscordam caput gentis delesse sufficit. Statim secuta deditio est. denicq; hoc bellū ante finitum est: q̄ geri romę nunciaretur.

BELLVM MACEDONICVM TERTIVM

q Vodam fato: quasi ita conuenisset inter Penos & Macedonas/vt tertio quoq; vincerent. Eodem tempore/vtrisq; arma mouere: sed prior iugum excussit Macedo/aliquantō q̄ ante grauior: dum contemnit Causa belli prope ecubescenda. Quippe regnū pauper & bellū vir vltimę sortis Andriscus/nuncupatus/dubium liber an seruus/mercenarius certe/sed quia vulgo Philippus ex similitudine Philippi: pseudo Philippus vocabatur/regiā formā: regiū nomē/animo quoq; regio implebat. Igitur dum hec ipsa contemnit P.R. Iuuentio prętore contentus/virtum nō Macedonicis modo: sed Thracię quoq; auxiliis ingentibus validum/temere tentauit. Iuuencius quoq; nō a veris regibus: sed ab illo imaginario & scenico rege superatur. Sed consule Metello amissum cū legione prętorē pleruisque victus est. Nam & Macedoniā seruitute mulctauit/& ducem belli deditum ab eo ad quē confugerat Thraciæ regem Regulo in vrbem in cathenis reduxit. Hoc quoq; illi in malis suis indulgente fortuna/vt de eo P.R. quasi de rege vero triumpharet.

Andiscus.

Iuuentius prętor.

Metellus.

BELLVM PVNICVM TERTIVM.

t Ertiū cū Affrica bellū/& tempore exiguū fuit/nam quadrienno patratū est. Et in cōparatione priorum:

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a10.39/20.8-9
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



minimū labore/nō em̄ tam cū viris:q̄ cū ipsa vrbe pugnatū est:
sed plane maximo euentu/quippe tandem Carthago finita est.
Atq; si quis triū temporū momēta cōsiderat/primo cōmissum
est bellū/profligatū secūdo:tertio vero confectū est. Sed huius
causa belli:q; cōtra fœderis legē aduersus Numidas quidē semel
parasset classem & exercitū. Frequēs aūt Masinisse fines territa
bat:sed huic bono socioq; regi fauebant/cū bellū sederet/de bel
li fine tractatū est. Catho inexpiabili odio delendā esse Cartha
ginem. Et cū de alio cōsuleret/pronunciabat Scipio Nasica ser
uandam/ne metu ablato emule vrbis/luxuriari fœlicitas vrbis
inciperet Mediū senatus elegit: vt vrbs tantū loco moueret:ni-
hil em̄ speciosius videbat/q̄ esse Carthaginem/que nō timeret.
Igit̄ Manilio Censorinoq; cōsulibus P.R. aggressus Carthagi
nem spe pacis iniecta/traditā a volentibus classem sub ipso ore
vrbis incendit. Tum euocatis principibus:si salui esse volent vt
migrarēt finibus imperatū:quod pro rei atrocitate adeo mouit
iras/vt extrema mallent. Comploratū igit̄ publice statim & pa
ri voce clamatū est ad arma:seditq; sententia quoquo modo re
bellandū/nō qa spes vlla iā superesset/Sed quia patriā suā mal-
lent hostiū/q̄ suis manibus euerti Quis rebellātiū fuerit furor?
Vel hinc intelligi potest:q; in vsum noue classis tecta domusq;
resciderunt/& in armorū officinis aurū & argentū pro ere fer-
roq; conflatū est. In tormentorū vincula matrone crines suos
contulerūt. Mancino deinde cōsule terra mariq; feriebat obsi
dio/operis portus nudatus/& primus & sequēs iam murus: cū
tiū Byrsa:q̄d nomē arci fuit:quasi altera ciuitas resistebat Quā
uis profligato vrbis excidio/tū fatale Aphricę nomē Scipionū
videbat. Igit̄ in aliū Scipionē cōuersa resp. finē belli reposcebat.
Hunc Paulo Macedonico procreatū: Affricani illius magni fi
lius in decus gentis assumpserat. Hoc scilicet fato / vt quā vrbē
cōcusserat auus nepos euerteret. Sed q̄ maxīe mortiferi eē mor
sus solēt morientiū bestiarū:sic plus negotij fuit cū semiruta ciui
tate Carthagine: q̄ integra. Compulsis in vnā arcē hostib⁹: por
tum q̄ maris romanus obsederat. Illi alter ibi portū ab alia vr
bis parte foderūt:nec vt fugerēt:sed qa nemo illos nec euadere

Scipio Nasica.

Manilius Censorinus consules.

Studiū Carthaginensium in ꝯparādo bello

A quo Emilia nō Scipio ads operetur.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



posse credebat. Inde quasi enata subito classis erupit. Tum interim iam diebus iam noctibus noua aliqua moles/noua machinatio noua perditorū hoīm manus/quasi ex obruto incendio subita de cineribus flamma prodibat. Deploratis nouissime rebus xl. se milia virorū dediderūt (quod minus credas) duce Hasdrubale: quāo fortius femina & vxor ducis/qui cōprehensis duobus liberis a culmine se domus in mediū iniecit incendiū. Imitata reginā quę Carthaginē condidit: quāta vrbs deleta fuit/vt de cęteris taceam/vel ignium mora probari potest. Quippe per continuos decem & septem dies vix potuit incēdium extingui: quod domibus ac templis suis spōte hostes immiserant: vt quatenus vrbs eripi Romanis non poterat/triumphus arderet.

Dolūenum mi rū.

Corinthe situs et nobilitas.

BELLVM ACHAICVM

Vasi seculū illud euersiōibus vrbiū cūrrerent: ita Carthaginis ruinā statim Corynthus excepit/Achaię caput/Grecie decus/inter duo maria Ioniū & Egeum quasi spectaculo expolita. Hec facinus indigniū: ante oppressa est q̄ in nūero certoꝝ hostiū referret. Critholaus causa belli: qui libertate a romanis data aduersus ipsos vsus est. Legatos romanos dubium an & manu: certe oratōe violauit. Igit Metello ordinati: cui tum maxime Macedonię mandata est vltio: Et hinc Achaicū bellū: ad primā Critholai manū Metellus cōsul per parētis Helide cāpos toto cecidit Alpheo/& vno ꝑlio pactū erat bellū: iā & vrbē ipsam terrebat obsidio. Sed fata rerū/dum Metellus dimicasset ad victoriā Mumius venit. Hic alteri⁹ ducis dignitate exercitū sub ipsis Isthmi faucibus fudit/geminoq̄ portus sanguine infecit: tū ab incolis deserta ciuitas direpta primū: deinde tuba precinēte deleta est. Quid signoꝝ? quid vestium? quidue tabularū raptum/incensum atq; proiectū est? Quātas opes & abstulerit & cremauerit: hinc sciās: q̄ quicqd Corynthij eris toto orbe laudat/incendio superfuisse cōperimus. Nam & eris non tam pretiosiorem ipsa opulentissimę vrbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulachris/eris: auri: argentiq; vene in commune fluxere.

En Corinthia cuīs.

RES IN HISPANIA GESTE.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a10.39/31.0-2
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/211-7
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER SECVNDVS

Brutus in Hispania geste.

spolia retulerat Decius. Brutus aliquãto latius Celticos Lusitanosq; oĩs Gallatię populos/formidatũq; militibus flumẽ obliuionis/peragratoq; victor oceani littore/nõ prius signa cõuertit: q̃ cadentẽ in maria solem/obrutũq; aquis ignẽ nõ sine quodam sacrilegij metu & horrore deprehẽdit. Sed tota certaminũ moles cũ Lusitanis fuit: & Numantinis/nec immerito. Quippe solis gentiũ Hispanię duces cõtigerũt. Fuisset & cũ omnibus Celtiberis nisi dux illius motus: initio belli oppressus esset Sed

Salondicus.

summus vir astu & audatia si recessisset Salondicus / qui hastã argenteã quatiẽs velut cœlo missam vaticinanti similis omniũ in se mentes cõuerterat. Sed cũ pari temeritate sub nocte castra consulis adijsset/iuxta tentoriũ ipsum pilo vigilis exceptus est.

Viriatus.

Cęterũ Lusitanos Viriatus erexit vir calliditatis acerrime: qui ex venatore latro: ex latrõne subito dux: atq; impator: & si fortuna cessisset Hispanię Romulus/nõ cõtentus libertatẽ suorum defendere: per xiiij. annos oĩa citra vltraq; Hyberũ, & Tagum igni ferroq; populatus/castra etiã pretorũ & præsidum aggressus: Claudiũ Vnimanũ pene ad internitionẽ exercitus cecidisset: insignia trabeis & fascibus nostris: quę cęperat: in montibus suis trophea fixisset. Tandem eum Fabius Maximus cõsul oppresserat/sed a successore Pompilio violata victoria est: quippe

Pompilius.

qui cõficiendę rei cupidus fractum ducẽ & extrema deditionis agitantẽ/per fraudẽ & insidias & domesticos pcussores aggressus: hanc hosti gloriã dedit/vt videret aliter vinci nõ potuisse.

BELLVM NVMANTINVM.

Numantia quantũ Carthaginis: Capuę: Corynthi opibus inferior: ita virtutis noĩe/& honore par omnibus: summũq; si viros extimes Hispanię decus/quippe que sine muro: sine turribus modicę edito in tumulo apud Durium situata quatuor milibus Celtiberorũ. xxxx. exercitũ per annos. xiiij. sola sustinuit. Nec sustinuit modo/sed seuius aliquãto pertulit/

Numantinorũ successus.

pudendis sęderibus affecit Nouissime cũ inuictã esse cõstaret/ opus quoq; eo fuit/qui Carthaginẽ euerterat. Non temere (si fateri licet) nullius causa belli iniustior. Segidenses socios & consanguineos Romanorũ manibus elapsos exceperãt: habita pro

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



eis deprecatio nihil valuit: cū se ab omni bellorum cōtagione re
mouerent in legittimi fœderis pretiū iussi arma deponere. Hoc
sic a barbaris acceptū/quasi manus absciderentur. Itaq; statim
Megara victo fortissimo duce ad arma couersi/ Pompeiū pre-
lio aggressi: fœdus tū maluerūt cū debellare potuissent/Hostiliū
deinde Mancinū/hunc q̄z assiduis cedibus sta subegerūt/ vt ne
oculos quidē aut vocē Numantini viri quisq̄ sustinerent: tū cum
hoc q̄z fœdus maluere contenti armorū manubijs/cū ad interni
tionē seuire potuissent. Sed nō minus Numantini q̄ caudini illi
us fœderis flagrans ignominia/ac pudore P.R. dedecus quidē
presentis flagitij: deditione Mancini expiauit. Ceterū duce Sci-
pione Carthaginis incendijs ad excidia vrbiū imbuto/tandē
etiā in vltionē excanduit/sed tunc acrius in castris: q̄ in campo/
nostro cū milite/q̄ cū Numantino preliandū fuit. Quippe assi
duis & iniustis & seruilib⁹ maxie operibus attriti/ferre plenius
vallum/qui arma nescirent: luto inquinari: qui sanguine nollent
iubebant/ad hoc scorta/& calones/sarcinē nisi ad vsum necessa
rie amputantur/tanti esse exercitū/quāti imperatorē/ vere pro
ditum est. Sic redacto in disciplinā milite cōmissa acies/quodq;
nemo visurum se vnq̄ sperauerat. Factum est/ vt fugientes Nu
mantinos quisq̄ videret. Dedere etiā sese volebant/si tolleranda
viris imperarentur. Sed cū Scipio veram vellet & sine exceptio
ne victoriam/eo necessitatū impulsi/primum vt destinata mor
te in prelium ruerent/cum sese prius æpulis quasi inferijs imple
uissent. Carnis semicrude & Celie/sic vocant indigene/ex fru
mento potionem Intellectum ab imperatore consilium/ itaq;
non est permissa pugna morituris. Cum fossa atq; lorica: quat
tuorq; castris circumdatos fame premeret ab duce orantes pre
lium: vt tanq̄ viros occideret: sed vbi non impetrabant/placuit
eruptio: Sic conserta manu plurimi occisi: Et cum vrgeret fa-
mes aliquātisper inde vixere. Nouissime consiliū fuge sedit: sed
hoc quoq; ruptis equorum cingulis vxores adimere summo
scelere per amorem. Itaq; etiā exitu deplorato in vltimam ra-
biem furoremq; conuersi. Postremo mori hoc genere destina
runt. Duces suos/ seq; patriamq; ferro & veneno/subiectoq;

Mancinus dedit.

Celia.

Numantinorū exitus.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER SECVNDVS.

vndiq; igne peremerunt. Macte esse fortissimã et meo iudicio beatissimã in ipsis malis ciuitatẽ. Asseruit cũ fide socios/ populum orbis terrarum viribus fultum/ sua manu: ętate tam longa sustinuit Nouissime maximo duce oppressa ciuitas: nullum de se gaudiũ hosti reliquit. Vnus enim vir Numantinus nõ fuit/ qui in cathenis duceretur/ preda vt de pauperibus nulla/ arma cremauerunt/ triumphus fuit tantum de nomine.

h Acteans P.R. pulcher: egregius: pius: sanct⁹ atq; magnificus. Reliqua secula vt grãdia eque/ ita vel magis turbida: & fęda crescentibus cũ ipsa magnitudie imperij vitijs: adeo vt si quis hanc tertiã eius ætatẽ transmarinã quã ducentorum annorũ fecim⁹: diuidat/ centũ hos priores quib⁹ Aphricã: Macedoniã: Siciliam: Hispaniam domuit: aureos sicut poetę canunt/ iure meritoq; fateat. Centũ sequẽtes ferreos plane & cruentos/ & si quid immanius. Quippe qui Iugurthinis: Cymbricis: Mitrydaticis/ Parthicis bellis: Gallicis atq; Germanicis: quibus cœlum ipsum gloria ascendit. Gracchanas: Drusianasq; cedes/ ad hec seruilia bella miscuerũt. Et ne quid turpitudini desit: gladiatoria deniq; in se cõuersis Marianis: atq; Syllanis: nouissime Pompei & Cęsaris manibus: quasi per rabiẽ et furorem et nephas semetipse lacerauit/ que si inuoluta inter se sunt omnia atq; confusa/ tamẽ quo melius appareãt/ simul & ne scelera virtutibus obstrepãt: separatim proferent: priusq; vt cępimus/ iusta illa memorabimus/ vt & pia cum exteris gentibus bella/ magnitudo crescentis indies imperij appareãt/ tum ad illa ciuium scelera/ turpesq; & impias pugnas reuertemur.

Recentior rerũ romanarũ status.

BELLVM ASIATICVM.

v Icta ad occasum Hispania. P.R. ad orientẽ pacẽ agebat. Nec pacem modo: sed inusitata & incognita quadam fœlicitate relictę regijs hereditatibus: opes/ & tota in simul regna veniebant.

Verba Attali.

a Ttalus rex Pergamenorũ regis Eumenis filius socij quondã cõmilitonisq; nostri testamentũ reliquit/ populus Ro. bonorũ meorũ hęres esto. In bonis regis hec fuerũt.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



imittit. Sed rex premonitus fortius aduersus Romanos aurū esse q̄ ferrū/pacē emit. Cuius flagitij reus cū interueniēte publica fide a senatu accersiret: pari audatia & venit: & cōpetitorē imperij Masinisse Massiuā immisso percussore cōfecit. Hec altera cōtra regē fuit causa bellandi. Igitur sequēs vltio mandat Albino. Sed huius q̄z: proh dedecus: ita corrupit exercitū: vt voluntaria nostrorū fuga vinceret Numida: castris.q̄ potiret. Adito etiā turpi federe/in pretiū salutis/quē quod prius emerat) dimisit exercitū. Eodem tpe in vltionē nō tam imperij romani: q̄ pudoris: Metellus assurgit/qui callidissime hostem nūc precibus: nunc minis/iam quasi simulata vera fuga eludentē artibus suis aggressus est Agrorū atq̄ vicorū populatione nō contentus in ipsa Numidie capita impetū fecit. Et Zamā quidē frustra diu voluit. Cęterū Thalam grauē armis/thesauroq̄ regis: diripuit. Tunc vrbibus exutum regē etiā finiū suorū regnique fugitiuum per Mauros atq̄ Getuliā sequebatur. Postremo Marius auctis admodum copijs/cū pro obscuritate generis sui capite census sacramēto adegisset/iam fusum & sautium regē adortus/nō facilius tamē vicit q̄ si integrū & recentē. Hic & vrbē Herculi conditam Capsum: in media Affrica sitam/angustus harenisq̄ vallatam: mira quadā fœlitate superauit. Et saxeo inditam monti munitā vrbem per ligurē aditu arduo inaccessoq̄ penetrauit. Mox nō ipsum modo: sed Bocchum Mauritanię regē iure sanguinis Numidiā vindicantē/apud oppidum Cirthā grauiter cecidit. Qui vbi diffisus rebus suis alienę cladis accessionē fieri timet/pretium fęderis atq̄ amicitię regē facit. Sic fraudulentissimus regum fraude soceri sui in insidias deductus est: & Syllę in manum traditus. Tandemq̄ opertum cathenis Iugurthā in triumpho P.R. aspexit. Sed ille q̄z q̄uis victus & vinctus vidit vrbē/quā venalem & quādo q̄ periturā/si habuisset emptorem: frustra cecinerat/tamen vt venalis fuisset/habuit emptorem. Et cum ille nō euaserit/certum erit eam non esse periturā.

Massiua

Iugurthe successus.

Thesaurus regis Iugurthe diripuit.

Iugurtha capitur.

BELLVM ALLOBROGICVM.

Sic ad meridiē P.R. multo atrotius & multipliciter/& magis a septentriōe sęuientē/nihil hac plaga infestius

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/31 6-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



FOLIVM .XXII.

atrox cęlum peruicaciq; ingenio hoies. Igit omni tractu violen
tus hostis a dextris atq; leuis: & medio septentrionis erupit / pri
ma transalpes arma nostra sensere Salycũ de incursionibus eo-
rum fidissima atq; amicissima ciuitas Massilia quereret. Allo- Massilia.
broges deinde: & Auerni: cũ aduersus eos similis Educorũ que
rele: opem & auxiliũ nostrũ flagitarent / variusq; victorię testis
Ysara & Vindelicus amnis: & impiger fluminum Rhodanus /
maximus barbaris terror elephãti fuere / immanitati gentium
pares. Nihil tam conspicuũ in triũpho q̃ rex ipse bis visus disco
loribus in armis: argenteoq; carpento / qualis pugnauerat Vtri
usq; victorię quod quantũq; gaudiũ fuerat: vel hinc extimari
potest: q; & Domicius Enobarbus & Fabius Maxim⁹ ipsis qui Domicius eno barbus. Fabius maxius
bus dimicauerãt locis saxeas erexere turres / & desuper exorna
ta armis hostilibus trophea fixere / cũ his mos inusitatus fuerit
nostris, nũq; em̃ P.R. hostib⁹ domitis victoriã suã ex ꝓbrauit.

BELLVM CIMBRICVM TEVTONICVM
AC TIGVRINVM.

c Ymbri: Teutoni: atq; Tigurini ab extremis Galliæ
profugi / cũ terras eorũ inundasset oceanus / nouas se-
des toto orbe querebant / exclusisq; et Gallia & Hispania / cũ in
Italiam remigraret / miserunt legatos in castra Syllani: Inde ad
senatum petentes / vt Martius populus aliquid sibi terrę daret:
quasi stipendiũ / cęterũ vt vellet manibus atq; armis suis vteret.
Sed quas daret terras P.R. agrarijs legibus intra se dimicatu-
rus? Repulsi igitur / quod nequiuerãt precibus / armis petere cõ-
stituunt. Sed nec primũ impetũ barbarorũ Syllanus / nec secũm Syllanus Manilius Cepio a cimbris victi.
Manilius / nec tertiũ Cepio sustinere potuerũt. Omnes fugati /
exuti castris / actum erat / nisi Marius illi seculo contigisset. Ille
quoq; nõ ausus congredi statim / militem tenuit in castris / do-
nec inuicta illa rabies & impetus / quẽ pro virtute barbari ha-
bent / cõsenescęret. Recessere igit increpãtes / & tanta erat capien
dę vrbis fiducia / consulentes si quid ad vxores suas mandarent.
Nec segnius q̃ minati fuerãt / tripartito agmine per alpes, i. clau
stra Italiæ ferebãtur. Marius infra statim velocitate occupatis Teutonas.
compendijs preuenit hostem. Prioresq; Teutonas sub ipsis alpi

E

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



LIBER TERTIVS

sum est: q̄ q̄ abscissis manibus relicti / viuere superstites pene
suę videbantur.

BELLTM MYTHRIDATICVM.

Pontice gentes ad septentrionē in mare sinistrū iacēt / a
pontico cognomiate mari. Harū gentiū atq; regionū:
rex antiquissimus Aetas / post Artabarzes a septē Persis oriun
dus / inde Mythridates oīm longe maximus / quippe cū quatru
or Pyrrho: xviij. anni Hānibali suffecerint: ille per. xl. annos re
stitit: donec tribus ingentibus bellis subactus / fœlicitate Syllę
virtute Luculli: magnitudine Pompei cōsumeret. Causam qui
dem illius belli pretenderat apud Cassiū legatū attrectari ter
minos suos a Nicomede Bithinico. Ceterū elatus anim⁹ ingen
tibus Asię totius / & si posset: Europę cupiditate flagrabat: spem
ac fiduciā dabant vitia nostra / quippe cū ciuilibus bellis disiun
geremur: inuitabat occasio: Nudumq; imperij lat⁹ ostendebāt
procul Marius: Sylla / Sertorius. Inter hec reip. vulnera & hos
tumultus / repente quasi captato tempore / in lassos simul atq; di
strictos subit⁹ turbo Pontici belli ab vltima veluti specula sep
tentrionis erupit. Primus statim impetus belli Bithyniā rapuit
Asia inde pari terrore correpta est: nec cunctāter ad regē ab vr
bibus nostris populisq; descitum est. Aderat / instabat sęuitia
quasi virtute vtebat. Nam: quid atrotius: vno eius edicto cum
oēs / qui in Asia forent / Romanę ciuitatis hoīes interfici iussit.
Tum quidem domus templa & arę humana oīa atq; diuina iu
ra violata sunt. Sed hic terror Asię Europam quoq; regi aperie
bat Itaq; missis Archelao Neoptolemoq; prefectis: excepta Ro
do quę pro nobis firmi⁹ stetit. Ceterę Cyclades Delos Euboeę
et ipsum grætię decus Athenę tenebantur. Italiam iam ipsamq;
vrbem Romam regius terror afflabat. Ita Lucius Sylla festi
nat vir armis optimus / pariq; violentia ruentem vlterius ho
stem: manu quadam quasi ipsius reppulit. Primumq; Athenas
vrbem (quis crederet) frugum parentem: obsidione ac famę ad
humanos cibos cōpulit / sic illos quoq; ante / mox subruto Py
rei portu / sex quoq; & ampli⁹ muris munito postq̄ domuerat /
ingratissimos hoīm: vt ipse dixit: in honorē tñ mortuorū sacris

Pontici regis Mythridates

Trudele Mithridatis edictum.

Athenarum fames.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bsb:20-25a1019/120-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



suis fameq; donauit. Mox cũ Euboea atq; Boetia presidia regis
dispulisset: oĩs copias vno apud Cheromã/apud Orchomenõ
altero bello dissipauit. Statimq; in Asiã transgressus ipm oppri
mit/& debellatũ etiã foret/nisi de Mythridate triũphare cito q̃
vere maluisset: Ac tum qdẽ hũc Asię statũ Sylla dederat/ictum
cũ Ponticis fedus recepit. Bithiniã a rege Nicomede/ab Ario
barzane Cappadociã/ac sic vt erat/Asia rursus nostra/vt cepe
rat Mythridates tm̃ repulsus/itaq; nõ fregit eã res Ponticos: sed
incendit. Quippe rex Asia & Europa quodãmodo inescatus/
nõ iam quasi alienã/sed quia amiserat/quasi raptã belli iure re
petebat. Igitur vt extincta patrũ fideliter incendia/maiore flam
ma reuiuiscũt: ita ille de integro auctis maiorẽ immodũ copiis/
Tota deniq; regni sui mole in Asiam rursus/mari terra flumini
busq; veniebat. Cizicum nobilis ciuitas: arce: mœnibus/portu:
turribusq; marmoreis Asiaticę plagę littora illustrat. Hanc ille
quasi alterã Romam totã inuaserat bello. Sed fidutiã opidanis
resistendi nuncius fecit/docens aduentare Lucullum: qui horri
bile dictu/per medias hostium naues vtre suspensus: & pedibus
iter ad gubernãs videntibus procul/quasi marina histrix euase
rat/mox clade conuersa cũ ex mora obsidente regẽ & ex famę
pestilẽtia vrgeret/recedentẽ Lucullus assequit/adeoq; cecidit/
vt Granicus & Aesopus amnes cruẽti redderent. Rex callidus/
Romanęq; auaritię peritus/spargi a fugientibus sarcinas & pe
cuniã iussit/qua sequẽtes morarent: Nec infœlitior in mari: q̃ in
terra fuga. Quippe centũ amplius & nauiũ classem/apparatũq;
belli grauẽ/in Pontico mari aggressa tempestas: tam fęda stra
ge lacerauit/vt naualis belli instar efficeret. Plane quasi Lucul
lus quodã cum fluctibus procellisq; cõmertio debellandũ tra
didisse regẽ ventis videret. Attrite iam oẽs validissimi regis vi
res erant: sed animus malis angebat. Itaq; cõuersus ad proxias
gentes/totum pene orientẽ ac septentrionẽ ruina sua inuoluit.
Hiberi: Capsij: Albani: & vtreq; sollicitabãtur Armenię: Perq;
oĩa & decus/& nomẽ & titulos Pompeio/sua fortuna quęrebat
Qui vbi nouis motibus ardere Asiã videt/aliosq; ex aliis pro
diere reges: nihil cunctandũ ratus: priusq̃ inter se gentiũ robora

Cheroma.
Orchomenõ.

Cizicum.

Nuncij celeris tam et auaritia

Ubi victus
Mythridates

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/32 1-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



um nbn de bvb 20-35a103 9456-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De coniuratione Catiline.

dens vniuersos appellare cohortari et in abditā ptem edium secessit. atq ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huiuscemodi habuit. ni virtus fidesq vestra spectata mihi foret ne quicq̄ opportuna res cecidisset. Spes magna dominatiōis in mānibus frustra fuisset: neq ego per ignauiā: aut vana ingenia incerta pro certis captarē. Sed q̄ multis ? magnis tempestatibus vos cognoui fortes fidosq mihi: eo animus ausus est maximū et pulcherrimū facinus incipere: simul q̄ vobis eadem que mihi bona malaq intelleri. Nam idem velle idem nolle: ea res demū firma amicitia est. Sed ego que mente agitaui omnes iam antea diuersi audistis. Ceterū mihi indies magisq animus accenditur cum considero q̄ conditio vite futura sit ni nos metipsos vindicemus in libertatem Nam postquā R. P. in paucorū potentium ius atq ditionē concessit semper illis reges: tetrarche vectigales esse populi. nationes: stipendia pendere ceteri omnes strenui boni nobiles atq ignobiles vulgus sum⁹ sine gratia sine auctoritate bis obnoxij: quib⁹ si Resp. valeret formidini essemus Itaq omnis gratia: potentie honos diuitie apud illos sunt aut vbi volunt repulsas nobis reliquere pericula iudicia egestatem. Que quousq tādem patiemini fortissimi vir: nonne emori per virtutē prestat quā vitā miserā atq inhonestā (vbi aliene superbie ludibrio fueritis) per dedecus amittere? Verū enimuero testor per deum atq hominū fidem victoria in manu nobis est: viget etas: animus valet contra illis annis atq diuitijs omnia consenuerunt. Tantūmodo incepto opus est: cetera res expediet etenim quis mortalium (cui virile ingenium: est) Tolerare potest illis diuitias superare quas profundant in extruendo mari et in montibus coequādis nobis rem familiarē etiā ad necessaria deesse: illos bias aut amplius domos continuare: nobis larem familiarem nusq̄ vllum

B

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Historia.

esse. tabulas: signa toreumata emūt vetera negligunt noua diruunt alia
edificant. Postremo omnibus modis pecuniam trahunt vexant tamē
summa libidine diuitias suas vincere nequeunt. At nobis est domi ino-
pia foris es alinū. Mala res spes multa asperior: deniq; quid reliqui ha
bem⁹ p̄ter miserā animā. Qui igit̄ exp̄gisciminī ⁊ capescite rēpublicā. En est
illa quā sepe optastis libertas Preterea diuitie: decus gloria in oculis si
ta sunt. Fortūa om̄ia ea victorib⁹ premia posuit Res temp⁹ pericl'a ege-
stas belli spolia magnifica: magisq̄ oratio mea vos hortent̄ vel impera-
tore vel milite me vtimini. Neq; anim⁹ neq; corpus a vobis aberit Hec
ipsa vt spero vobiscum vna consul agā. nisi forte anim⁹ me fallit: nisi vos
seruire magisq̄ imp̄are parati estis. Postq̄ accepere ea homines quib⁹
mala abunde omnia erant sed neq; res: neq; spes bona vlla: tametsi il-
lis quietā rempublicā mouere magna merces videbatur tamen postula
uere pleriq; vt proponeret que conditio belli foret que p̄mia armis pete
rēt: q̄d vbiq; opis: aut spei haberēt. Tūc Catilīa polliceri tabulas no-
uas p̄scriptionē locupletū: magistrat⁹: sacerdotia: rapias: ⁊ alia omnia
que bellū atq; libido victor̄ fert. Preterea esse ī Hispania citeriore Piso
nē: in Mauritania cū exercitu. P. Siccinū Nuceriū cōsilij sui participes
At hoc petere consulatū. C. Antoniū quem sibi collegā fore speraret ho-
minē familiarē et om̄ibus necessitudinib⁹ circūuentū cū eo se consule ini-
tiū agendi belli facturum: ad hec maledictis increpabat omnes bonos.
Suorū vnūquemq; nominans laudare admonere: alium egestatē: ali-
um sue cupiditatē: cōplures p̄icti: aut ignominie m̄ltos victorie Sylla-
ne quib⁹ ea p̄de fuerat. Postq̄ oim anīos alacres videt cohortat⁹ vt peti
tionē suam cure haberēt: cōuentū dimisit. Fuere ea tēpestate qui dicerēt
Catilinā oratione habita (cum ad iusiurandū populatores scelerē sui ad

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



diceret) humani corporis sanguinē vino permixtum in pateris circūtu-
lisse inde cū post execrationē oīes degustassent (sicuti in solēnibus sacr̄
fieri consuevit) aperuisse consiliū suū: atq; eo dictāte fecisse quo inter se fi
di magis fore&t alios alij tāti facinoris conscij. Nonnulli ficta hec & multa p̄
terea existimabāt ab his qui Ciceronis inuidiā (que postea orta est) le-
niri credebāt atrocitate sceleris eorum qui penas dederāt Nobis aūt ea
res p magnitudine parū cōperta est. sed in ea coniuratione fuit. Q. Cu-
rius natus haud obscuro loco facinoribus atq; flagitijs coopertus: quē
censores senatu probri gratia amouerāt. Huic homini non minor vani-
tas inerat cū audacia neq; reticere que audierat: neq; sua metipsa scelera
occultare. prorsus neq; dicere neq; facere quicq̄ pensi habebat. Erat ei cū
Fulvia mulierē nobili stupri vetus consuetudo: cui cū minus gratus es-
set: quia inopia minus largiri poterat repente gloriās maria montesq;
polliceri cepit minari interdū ferro ni sibi obnoxia foret postremo feroti⁹
agitare cōsuerat. At fulvia insolētie Curij causa cognita tale periculū
R. P. haud occultū habuit. Sed sublato autore de Cat. coniuratione
(quecq; quō audierat) cōpluribus narravit. Ea res in primis studia ho-
minū accēdit ad consulatū mādādū M. T. Ciceroni. Nāq; antea plera-
q; nobilitas inuidia estuabat & quasi pollui cōsulatū credebat si eū q̄uis
egregi⁹ hō nouus adeptus foret. Sed vbi periculū aduenit inuidia atq; su
perbia postfuere. Igit̄ habit̄ comitijs cōsules declarant. M. Tulli⁹ et. C.
Antonius. Hōc factū primo populares coniurationis cōcusserat. Neq; tū
Catilinę furor minuebat: sed indies plura agitare arma p̄ Italiam lo-
cis opportūis parare pecuniā suā aut amicor̄ fide sumptā mutuo fesulas
ad Mālliū quendā portare: qui postea princeps fuit belli faciūdi. Ea tem-
pestate plurimos cuiusq; generis homines asciuisse sibi dicit mulieres etiā ali

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-358103945?-1
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



quot: que primo ingentes sumptus stupro corporis tollerauerāt. Post
vbi etas tantūmodo questui neq; luxurie neq; auaritie modū fecerat es
alienū grande conflauerant per eas se Catilīa credebat posse seruitia vr-
bana solicitare. Vrbē incendere: viros earū vel adiungere sibi vel interfi-
cere: sed in his erat. Sempronia que multa sepe virilis audacie facinora
cōmiserat. Hec mulier genere atq; forma preterea viro atq; liberis satis
fortunata fuit litteris grecis et latinis docta psallere et saltare eleganti⁹
q̄ necesse est probe et multa alia que instrumenta luxurie sunt sed ei cario
ra semper omnia q̄ decus aut pudicitia fuere. Pecunie an fame minus
parceret haud facile decerneres libidine sic accensa: vt sepius peteret vi-
ros q̄ peteret. s; ea sepe ante hac fidem prodiderat: creditū abiurauerat
cedis conscia fuerat: luxuria atq; inopia preceps abierat. Verum ingeni
um eius haud absurdū posse versus facere iocū mouere sermone vti vel
modesto vel molli vel procaci prorsus multe facetie multusq; lepos ierat:
His rebus cōparatis Catilina nihilominus in proximū annū consula-
tū petebat: sperans si designatus foret facile se ex voluntate Anthonio
vsurum. neq; interea quietus erat sed om̄ibus modis insidias parabat
Ciceroni. Neq; illi ad cauendū dolus aut astutie deerant. Nāq; a princi
pio cōsulat⁹ sui mlta pollicendo: p Fulviā effecerat vt quintus Curius
(de quo pauloante memorani) consilia Catiline sibi pderet. Ad hoc col
legā suū Antoniū pactiōe puintie ppulerat ne ꝯtra remp. dissentiret cir-
cū se presidia amicoꝝ atq; clientū occlte habebat. Postq̄ dies comitiorū
venit: et Catiline neq; petitiōes neq; īsidie quas consuli fecerat prospe-
re cessere ꝯstituit bellū facere: et extrema oīa experiri: quoniā que occul-
te tentauerat: aspera fedaq; euenerant. Igitur. C. Manliū Fesulas atq;
in eam partē Hetrurie. L. Septimū quendā Camertē in āgrū Picenū

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039460-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De coniuratione Catiline.

Iulium Appuliā misit: preterea alium alio quē vbiq; oportunū sibi fo-
re credebat. Interea Rome multa simul moliri: consuli insidias tende-
re parare incendia: oportuna loca armatis hominibus obsidere. ipe cū
telo esse. item alios iubere hortari: vti semper intenti: parati essent dies
noctesq; festinare. vigilare. neq; in somnijs neq; labore fatigari. Postre
mo vbi multa agitanti nihil procedit. rursus intempesta nocte coniura-
tionis principes conuocat per. M. Portium. Lecam. ibiq; multum de
eorum ignauia questus docet se Manlium premisisse ad eam multitudi-
nem: quā ad capienda arma parauerat. Item alios in alia loca oportu-
na qui initium belli facerent: seq; ad exercitum proficisci cupere si prius
Ciceronem oppressisset: cum suis consulis multum officeret. Igitur per
territis ac dubitantibus ceteris. C. Cornelius eques. R. operam suam
pollicitus et cum eo. L. Vargunteius senator constituere ea nocte paulo
post cum armatis hominib⁹ sicuti salutatū introire ad Ciceronē: ac de
improuiso domi sue imparatū ꝯfodere Curius vbi intellexerat quantū
periculum consuli impenderat: propere per fuluiā Ciceroni dolum qui
parabatur enunciat ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susce-
perant. Interea Manlius in Hetruria plebem sollicitare egestate simul
ac dolore iniurie nouarum rerum cupidam. q; Sille domiatione agros
bonaq; omnia amiserat. Preterea latrones cuiusq; generis: quorum in
ea regione magna copia erat: nōnullos ex Syllanis colonis: quibus li
bido atq; luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui facerent. Ea cum Ci-
ceroni nunciarentur ancipiti malo permotus quod neq; vrbem ab insi-
dijs priuato consilio longius tueri poterat: neq; exercitus Manlij quan
tus aut quo consilio foret satis compertum habebat: rem ad senatum re
fert iam antea vulgi rumoribus exagitatā. Itaq; (quod plerunq; i atro

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



ti negotio solet) senatus decreuit vt darent operam consules ne quid.R.
p.detrimenti caperet.Ea potestas per senatū (more romano) magistra
tui maxima permittitur exercitū parare bellum gerere.coercere omnibus
mōis socios atq; cives.Domi militieq; imperū atq; iudiciū summū ha
bere aliter sine populi iussu nulli earum rerum consuli ius est. Post pau/
cos dies.L.Seruius senator in senatu litteras recitauit. quas festulis al
latas sibi dicebat in quibus scriptum erat. C. Manliū cepisse arma cum
magna multitudine ante diem.xi.kal.Nouembris simul id q; in tali re
solet alij portenta atq; prodigia nunciabāt alij comētus fieri arma por/
tari capue atq; in apulia seruile bellum moueri. Igitur. S. decreto. Q.
Martius.R.ex festulas.Q.Metellus Creticus in apuliam: circum ea lo
ca sunt missi. Vtriq; enim ad vrbem imparatores erant impediti ne tri/
umpharent calumnia paucorū: quibus omnia honesta atq; inhoneſta
vendere mos erat.sed pretores.Q.Pompeius Rufus Capuā. Q. Me
tellus Celer in agrū Picenū.Visq; permissum vti pro tempore atq; pe
riculo exercitum cōpararent Ad hoc (si quis indicauisset de coniuratio/
ne que contra remp. facta erat) premia decreuerunt seruo.C. sestertia et
libertatem: libero impunitatem eius rei et.cc.milia sestertia. Itemq; de
creuere vti gladiatorie familie capuam et in cetera municipia distribue/
rentur pro cuiusq; opibus Rome per totam vrbem vigilie haberentur:
iisq; minores magistratus preessent. Quibus rebus permota ciuitas:
atq; immutata vrbis facies erat: ex summa leticia atq; lasciuia que diu/
turna quies peperat: repente omnis tristitia inuasit festinare trepidare.
neq; loco neq; homini cuiq; satis credere neq; bellum gerere neq; pacem
habere: suo quisq; metu pericla metiri. Ad hoc mulieres (quib⁹ reipub.
pro magnitudine belli timor insolitus incesserat) afflictare sese manus,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-bsb10139462-4
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



supplices ad celum tendere miserari paruos liberos. rogitare deos: omnia pauere supbia atq; delitijs omissis: sibi patrieq; diffidere. At Catiline crudelis animus eadem illa que antea mouebat tametsi presidia parabantur. Et ipse lege Plautia interrogatus erat ab. L. Paulo. Postremo dissimulandi causa et sui expurgandi sicut iurgio lacessitus foret in senatum venit. Tum. M. Tullius eos siue presentiā eius timēs: siue ira cōmotus orationem habuit luculentam atq; vtilem reipub. quā postea scriptam edidit: sed vbi ille adsedit Catilina (vt erat parat⁹ ad dissimulanda omnia) dimisso vultu voce supplici postulare a patribus cepit. ne quid de se temere crederent ex ea familia ortum: ita se ab adolescentia vitam instituisse: vt omnia bona in spe haberet. ne existimarent sibi patritio homini (cuius ipsius atq; maiorum plura beneficia in plebē Ro. essent: perdita) rep. opus esse: cum eam seruaret. M. Tullius homo nouus ad hec maledicta alia cum adderet: obstrepere omnes: hostem et parricidā vocare. Tum ille furibundus Quoniāquidem circūuentus inquit ab inimicis preceps agor incendiū meū ruina vestra extinguā Deinde se e tēplo domū proripuit. Ibi multa secum voluens quod neq; īsidie consuli procedebant et ab incendio intelligebat vrbem vigilijs munitaz optimū facto credens exercitū agere: ac priusq̄ legiones scriberētur mlta ante capere ea que bello vsui forent. Nocte intempesta cū paucis i Māliana castra profectus est. Sed cethego: atq; Lentulo ceterisq; (quorū cognouerat prōptā audaciā) mandat: quib⁹ rebus possent opes factionis vt cōfirment insidias consuli maturent cedem incendia aliaq; belli facinora parant: et sese prope diem cū magno exercitu accessurum ad vrbē Dum hec geruntur Rome. C. Manlius ex suo numero legatos ad. Q. Marciū regem mittit: cum mandatis huiuscemodi Deos homiesq; te-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



stamur nos arma neq; contra patriam cepisse: neq; quo periculum alijs
faceremus sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent: qui miseri egen-
tes violentia atq; crudelitate feneratorum: pleriq; patria sed omnes fa-
ma atq; fortunis expertes sumus. Neq; cuiq̃ nostrum licuit more maio
rum lege vti. neq; amisso patrimonio libertum corpus habere: tanta
feneratorum seuitia atq; pretoris fuit. Sepe maiores nostri miserti ple-
bis Romane decret; suis inopie eius opitulati sunt ac nouissime memo
ria nostra propter magnitudinẽ eris alieni volentibus bonis argentum
ere communi solutum est. Sepe ipsa plebs aut dominãdi studio permo
ta: aut superbia magistratuum armata a patribus secessit. At nos non
imperium neq; diuitias petimus quarum rerum causa bella atq; certa
mĩa oĩa inter mortales sunt sed libertatẽ quã nemo bon⁹ nisi cũ anima si
mul amittit. Te atq; senatũ obtestamur: vt cõsulat; miser; ciuib⁹ legis
presidiũ (qđ iniquitas p̃tor; eripuit) restituatis: neue eã vobis necessi-
tudinẽ imponat; vt queram⁹ quo nã modo maxĩe vlti sanguinẽ nostrũ
peream⁹: ad hec. Q. Marti⁹ respõdit si quid ab senatu petere vellẽt ab
armis disced.ĩt. Romã supplices ꝓficiscant. Ea mãsuetudĩe atq; miseri
cordia. S. P. Q. R. semper fuisse: vt nemo vnq̃ ab eo frustra auxilium
petiuerit. At Catilina ex itinere plerisq; cõsularib⁹: p̃terea optimo cuiq;
litteras mittit: se falsis criminib⁹ circũuentũ: qm̃ factioni inimicoꝝ resi-
stere neq̃uerit: fortũe cedere. Massiliã in exiliũ ꝓficisci non quo sibi tanti
sceler; cõscius esset: sed vti Resp. quieta foret: neue ex sua cõtentiõe sedi-
tio oriret. Ab his longe diuersas lr̃as. Q. Catul⁹ in senatu recitauit q̃s
sibi noĩe Catilĩe redditas dicebat. earũ exẽplũ infra scriptũ est. L. Cati.
Q. Catulo. S. Egregia tua fides re cognita grata mihi magnis ĩ meis
periculis fiduciã cõmẽdatiõi mee tribuit Quãobrẽ defensionẽ ĩ nouo cõ-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



filio non statui parare: satisfactionē ex nulla conscientia de culpa ꝓpone
re decreui. quā mediuffidius verā licet cognoscas: iniurijs contumelijsq;
concitatus q̄ fructui laboris industrieq; mee priuatus statum dignita-
tis non obtinebā publicā miserorum causaz pro mea consuetudine susce-
pi Non q̄ es alienum meis sumptum nominibus ex possessiōibus solue
re non possem: cum et alienis nominibus liberalitas. Orestille suis filie
q; copijs persolueret: sed q̄ non dignos homines honore honestatos vī
debam meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam. hoc nomie satis
honestas pro meo casu spes reliqui dignitatis conseruande sum secutus
Plura cum scribere vellem nunciatum est mihi vim parari. Nunc Ore-
stillā cōmendo tueq; fidei trado eā ab iniuria defendas per liberos tuos
rogatus aueto. Sed ipse post paucos dies cōmoratus apud. C. flam. in
agro Aretino. dum vicinitatem antea solicitatā armis exornat: cum fa-
scibus atq; alijs imperij insignibus in castra ad Manliū cōtendit. Hec
vbi Romane cōperta sunt: senatus Cat. et Man. hostes iudicat: cetere
multitudini diem statuit antequā liceret sine fraude ab armis discedere
q; pref rex capitaliū cōdēnatis: p̄terea decreuit vti Consules delectū ha
beāt. C. Anto. cum exercitu Cat. persequi maturet. Ci. vrbi presidio fit.
Ea tempestate mihi imperiū. P. R. mlto maxime miserabile visum est
cui cū vsq; ad occasuz ab ortu solis oīa domita armis parerēt: domi ociū
atq; diuitie (q̄ pria mortales putāt) affuerēt: fuere tñ ciues q̄ sese rēp. ob
stinatis animis perditū irent. Nāq; duob⁹ senat⁹ decret⁹ ex tāta multi-
tudie neq; p̄mio induct⁹ ꝯiurationē patefecerat. neq; ex castr⁹ Ca. quisq̄
oīm discesserat. Tanta vis morbi vti tabes plerosq; ciuiū aīos inuaserat
Neq; solū illis aliena mens erat. qui conscij ꝯiuratiōis fuerāt. Sed oīno
cūcta plebs nouaꝝ rex studio Cati. icepta ꝓbabat id adeo more suo vide

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9465-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



batur facere Nam semper in ciuitate. quibus opes uulle sunt bonis inui
dent malos extollunt vetera odere: noua exoptāt: odio suarum rerum
mutari omnia student. Turba atq; seditionibus sine cura aluntur: qñ
egestas facile habetur sine damno. Sed vrbana plebs ea vero preceps
erat multis de causis: primū omniū qui vbiq; probro atq; petulātia ma
xime prestabant. Item qui per de decora patrimonijs amissis vagaban
tur. Postremo quos flagitium aut facinus domo expulerat. hi Roma-
ni sicut in sentinam confluxerant. Deinde multi memores Syllane vi-
ctorie: q; ex gregarijs militibus alios senatores videbant: alios ita di-
uites vt regio victu atq; cultu etatem agerent: sibi quisq; (si in armis fo
ret) ex victoria talia sperabat. Preterea iuuentus que in agris manuū
mercede inopiam tolerauerat priuatis atq; publicis largitionibus exci
ta vrbanum ocium ingrato labori pretulerat Eos atq; alios om̄es ma-
lum publicum alebat. Quo minus mirandum est homines egentes ma
lis moribus maxima spe reip. iuxta ac sibi consuluisse. Preterea quorum
victoria proscripti. Sile parentes: bona erepta: ius libertatis imminu-
tum erat: haud sane alio animo belli euentum expectabant. Ad hoc qui
cunq; aliarum q̄ senatus partium erāt conturbati remp. q̄ minus vale
re ipsi malebāt. Id adeo pristinū malum multos post annos in ciuitatē
reuerterat Nā postq̄ C. po. M. Crasso. Con. tribunitia potestas resti-
tuta est hoies adolescētes summā potestatē nacti q̄b⁹ etas animusq; fe-
rox erat cepere senatū criminādo plebē exagitare. deinde largiendo atq;
pollicēdo mag; incendere ita ipsi clari potētesq; fieri Cōtra eos summa
ope nitebat pleraq; nobilitas sub senatus specie ꝑ sua magnitudīe. Nā-
q; vti pauc; vez absoluā: post illa tp̄a quicūq; remp. agitauere honestis
noib⁹ alij sicuti iura pop. defenderēt: ꝑs q̄ senat⁹ auctoritas maxīa foret.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019466-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



bonum pub. simulantes pro sua quisq; potentia certabat Neq; illis mo
destia: neq; modus contentionis erat. Vtriq; victoriã crudeliter exerce-
bãt. Sed postq̃ Cneus Pompeius ad bellũ maritimũ atq; mithrida-
ticum missus est. plebis opes imminute sunt paucorum potentia creuit.
Hi magistratus prouintias. alia que omnia tenere. ipsi innoxij floren-
tes sine metu etatem agere ceterosq; iudicijs terrere. quo plebem in ma-
gistratu placidius tractarent: sed vbi primũ dubijs rebus innouandis
spes oblata est vetus certamen animos eorum arrexit. Quod si primo p̃
lio Catilina superior aut equa manu discessisset profecto magna clades
atq; calamitas rempublicam oppressisset. Neq; illis (qui victoriam ade
pti forent) diutius ea vti licuisset: quin defessis et exanguibus qui plus
posset libertatem atq; imperium extorquerent: fuere tamen extra coniu
rationem complures: qui ad Catilinam in initio profecti sunt. In his
erat Fuluius senatoris filius: quem retractum ex itinere parens necari
iussit. Iisdem temporibus Rome Lentulus (sicuti Catilina precepe-
rat) quoscunq; moribus aut fortuna nouis reb⁹ idoneos credebat aut
per se aut alios solicitabat. Neq; solum ciues. sed cuiuscunq; modi gen⁹
hominũ quod modo bello vsũ foret. igitur Publio Vmbreno cuidam
negotium dat vti legatos. Allobrogum requirat: eosq; si postit impellat
ad societatem belli: estimans publice priuatimq; ere alieno oppressos. p̃
terea (q̃ natura gens gallica bellicosa esset) facile eos ad tale consilium
adduci posse. Vmbrenus (q̃ in gallia negociatus erat) plerisq; principi
bus ciuitatum notus. atq; eos nouerat. Itaq; sine mora vbi primũ lega
tos in foro conspexit percunctatus pauca de statu ciuitatis: et quasi do-
lẽs eius casum requirere cepit quem exitum tantis malis seperarent.
Postq̃ illos videt queri de auaritia magistratuum: accusare sena-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9467-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



tum. quod in eo auxilij nihil esset: miserijs suis remediū mortē aspectare. At ego inquit vobis modo si viri esse vultis rationem ostendā: q̄ tāta ista mala effugiatis. Hec vbi dixit allobroges in maximā spem adducti vmbrenum orare: vt sui misereretur nihil tam asperum neq; tam difficile esse quin cupidissime facturi essent. Dum ea res ciuitatem ere alieno liberaret ille eos in domū D. Bruti perduxit: quod foro propinq̄ erat ne q̄ aliena consilij propter Semproniā. Nā tum Brutus ab Roma aberat preterea Fabiū arcessit quo maior auctoritas sermoni inesset: eo presente coniurationē aperit nominat socios preterea multos ciuisq̄ generis inmortos: quo legatis animus amplior esset. Deinde eos pollicitos operā suā domū dimittit. allobroges diu in incerto habuere quidnā consilij caperent. In altera parte erat es alienum studium belli magna merces in spe victorie. At in altera maiores opes tuta consilia: pro incerta spe certa premia. Hec illis volentibus tādem vicit fortuna reip. Itaq; Q. Fabio zangee (cuius patrocinio ciuitas plurimū vtebatur) omnē rem vti cognouerant aperiunt. Cicero per zangan cognito consilio legatis precepit vt studium coniurationis vehemēter simulent: ceteros adeant: bene polliceantur. Dentq; operam vt eos q̄maxime manifestos habeant. Eisdem fere temporib⁹ in Gallia citeriore atq; vlteriore. Itez in agro piceno Brutiaq; et appulia motus erat. Māq; illi quos antea Catilina dimiserat inconsulte ac veluti per dementiā cuncta simul agebāt. nocturnis consilijs: armorum atq; telorum portationib⁹ festinādo agitādo omnia plus timoris q̄ periculi effecerāt. Ex eo numero cōplures Q. Metell⁹ celer pretor ex sociis causa cognita in vincla cōiecerat Itē in citeriore gallia. L. murena qui ei prouincie legatus preerat At Rome Lentulus cum ceteris: qui principes coniurationis erant Paratis vt

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



videbatur magis copijs constituerat vti cum Cati. in agrum Fesulanū
cum exercitu venisset. L. Bestia Tri. ple. contione habita quereretur de
actionibus Cice. belliq; grauissimam inuidiam optimo consuli impo-
neret. Eo signo in proxima nocte cetera multitudo coniurationis suum
quisq; negocium exequeretur: sed ea diuisa (hoc modo dicebantur. Sta
tilius enim et Babinius vti cum magna manu duodecim simul opor-
tuna loca vrbis incenderent: quo tumultu facilior aditus ad consulem ce
terosq; (quibus insidie parabantur) fieret cethegeus Ciceronis ianuā
obsideret Eumq; vi agrederetur. ali⁹ autē alium Sed filij familiarium
(quorum ex nobilitate maxima pars erat) parentes interficerent simul
cede et incendio perculsis omnibus ad Catilinā erumperent inter hec
parata atq; decreta cethegus semper querebatur de ignauia socioꝝ illos
dubitando: et dies prolatando magnas oportunitates corrūpere: fa-
cto non consulto in tali periculo opus esse: seq; (si pauci adiuuarent lang
uentibus alijs) impetū in curiam facturum. Natura ferox vehemens:
manu promptus erat: maximū bonum in celeritate putabat Sed allo-
broges ex precepto Ciceronis per Babinium ceteros conueniunt. Ab
Lentulo cethego Statilio: item cassio postulant iusiuran. q̄ signatum
ad ciues perferant aliter haud facile ad tm̄ negociū eos impelli posse. Ce
teri nihil suspicantes dant. Cassius semetipsum eo breui venturū pollice
tur: ac pauloante legatos ex vrbe proficiscitur Lentulus cū his. T. Vol
turcium quendam crotonēsem mittit vt Allobroges priusq̄ domū pge-
rent cum Catilina data atq; accepta fide societatem confirmarent. Ip-
se Volturcio litteras ad Catilinā dat: quarum exemplū infra scriptum
est. Qui sim scies ex eo quem ad te misi: cura vt vir sis: et cogita quem in
locum sis progressus: et vide quid iam tibi sit necesse: cura vt omniū tibi

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9469-6
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



auxilia adiungas etiã infirmorũ. Ad hoc mandata verbis dat: cum ab
Senato hostis iudicatus sit: quo consilio seruitia repudiet in vrbe para
ta esse que iusserit: ne cũctetur ipse ꝓpius accedere. His rebus ita actꝫ cõ
stituta nocte qua ꝓficiscerent. Cicero ꝑ legatos cuncta edoctꝰ. L. Vale
rio Flacco: et. C. Pontino p̃toribus imperat: vt in ponte miluio ꝑ insi
dias Allobrogũ comitatus deꝑhendãt. Rem omnẽ aperit cuius rei gra
cia mittebantur cetera vti facto opus sit ita agant permittit illis homi
nes militares sine tumltu p̃sidijs collacatis: sicuti perceptũ erat occulte
pontem obsidunt. Postq̃ ad id loci legati cum Volturcio venerunt:
et simul vtrimq; clamor est exortus galli cito cognito consilio sine mora
pretoribus se tradunt. Volturcius primo cohortatus ceteros gladio se a
multitudine defendit deinde vbi a legatis desertus est prius multa de sa
lute sua pontinum obtestatus est quod ei notus erat. postremo timidus
ac vite diffidens velut hostibus sese pretoribus dedit. Quibus rebus cõ
fectis: ossia propere per nunctios consuli declarantur. At illũ ingens cu
ra atq; leticia simul occupauere. Nam letabatur intelligens patefacta cõ
iuratione ciuitatẽ perlis ereptã esse. Poyo aũt anxius erat: dubitans
in maxio scelere tantis ciuibꝰ deprehensis q̃d facto opus esset penã illorũ
sibi oneri impunitatẽ ꝑdende reipub. fore credebat. Igit cõfirmato anio
vocari ad sese iubet Lentulũ: cethegũ Statil. Gabiniũ. Itẽ quẽdã Tar
raceñ. qui in Appuliã ad cõcitãda seruitia ꝓficisci parabat ceteri sine mo
ra veniunt. ceparius pauloanto domo egressus cognito indicio ex vrbe
profugerat. consul Lentulũ (qd̃ pretor ipe erat) manu tenens perducit.
Reliq̃s cũ custodibꝰ in edem ꝯcordie venire iubet Eo senatũ aduocat:
magnaq; frequẽtia eiꝰ ordis Volturciũ cũ legatꝫ introducit Flaccum p̃
torẽ Scriniũ cũ litteris (quas a legatis acceperat) eodem afferre iubet

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019470-8
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De coniuratione Catiline.

Volturcius interrogatus de itinere: de litteris: postremo quid aut qua
de causa consilij habuisset. Primo fingere: alia omnia dissimulare de cõ-
iuratione Post vbi fide publica dicere iussus est omnia vti gesta erãt ape
rijt docetq; se paucis ante diebus a Gabinio ⁊ a Cepario sociũ accitũ ni
hil amplius scire q̃ legatos tantũmodo audire solitũ ex Gabi. P Anto
Seruiũ Sillã. L. Vargu. multos preterea in ea coniuratione esse Ea-
dem Galli fatentur. At Lentulũ dissimulantem coarguunt preter litte-
ras sermonibus quos ille habere solitus erat ex libris Sibillinis regnũ
Rome tribus cornelijs portendi. Cinnã atq; Syllam antea se tertium
esse cui fatatum foret vrbis potiri. Preterea ab incenso capitolio illum es
se. xx. annũ quẽ sepe ex prodigijs aruspices respondissent bello ciuili cru-
entum fore. Igitur perlectis litteris cum prius omnes signa sua cogno-
uissent: senatus decreuit vti abdicatus a magistratu Lentulus itemq;
ceteri in liberis custodijs haberentur Itaq; Lentulus. P. Lentu. Spi
theri: qui tum edilis erat Cethegus. Q. cornificio Statilius. C. Cesa-
ri Gabinius. M. Crasso Ceparius (nam is pauloante ex fuga retract⁹
erat) Cn. Terentio senatori traduntur. Interea plebs coniuratione pa
tefacta (que primo cupida nouarũ rerũ bello nimis fauebat) muta men
te Cati. consilia execrari: Ciceronem ad celum tollere. veluti vrbs ex ser
uitute esset erepta gaudiũ atq; leticiã agitabat. Nãq; alia belli facinora
prede magisq̃ detrimento fore incendiũ vero crudele immoderatũ ac si-
bi maxime calamitosũ putabat q̃ppe cui oẽs copie in vsu q̃tidiano ⁊ cul
tu corpis erãt. Post eũ diẽ quidã. L. Tar. ad senatũ adduct⁹ erat: quem
ad Cat. pficiscentẽ ex itiere retractũ aiebãt Is cũ diceret se indicatur de
coniuratione. si fides publica data esset: iussus a consule que sciret edice-
re eadẽ fere q̃ Volturti⁹ de paratis incẽdijs: de cede bonor de itinere ho-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



stium senatū docet. Preterea se missum a. M. crasso: qui Cat. nunciaret
ne eum. Len. et Cethegus: alijq; ex coniuratione deprehensi terrerent:
eoq; magis properaret ad vrbem accedere. Quo ceterorum animos refi
ceret et illi facilius a periculo eriperentur Sed vbi Tar. crassum nomina
uit hominem nobilem maximis diuitijs: summa potentia: alij rem in
credibile rati pars tametsi verum existimabāt: tamē quia in tali tempo
re tanta vis hominis magis lenienda q̄ exagitanda videbat̄ plerique cras
so ex negotijs priuatis obnoxij conclamant indicem falsum esse deq; ea
re postulant vti referatur. Itaq; consulente Cicerone frequens senatus
decreuit Tar. iudiciū falsum videri. Eūq; in vinculis retinendum: neq;
ampli⁹ potestatē faciundā: nisi de eo indicaret cuius consilio tantā rem
esset mentitus. Erāt eo tempore qui existimarent indiciū illud a P. An
to. machinatū quo facilius appellato crasso per societatē periculi reliq̄s
illi⁹ potētia tegeret. alij Tarq̄niū a Cice. imissuz aiebāt. ne Crassus mo
re suo suscepto maloꝝ patrocinio rēp. ꝯturbaret. Ipm Crassuz ego po
stea p̄dicantē audiui tantā illā cōtūeliā sibi a Cice. ipositā. Sz ijsdē tp̄ib⁹
Q. Catul⁹ et. C. Piso neq; p̄cib⁹: neq; gratia: neq; p̄cio Ciceronē im
pellere potuere vti ꝑ allobroges: aut ꝑ aliū iudicē. Cesar falso nominare
tur. Nā vterq; cū illo graues inimicicias exercebat Piso oppugnat⁹ in
iudicio repetūdaꝝ ꝓpter cuiusdā trāspadani suppliciū iniustū Catul. ex
petitiōe pōtificat⁹ odio incēsus q; extrēa etate maxis honorib⁹ vsus ab
adolescētīo cesare vict⁹ discesserat: res aūt oportūa videbat̄ q; is priuati
egregia liberalitate publice maxis mūerib⁹ grādē pecuniā debebat. Sz
vbi cōsulē ad tm̄ facin⁹ impellere nequeūt: singulati circūeūdo atq; men
tiēdo (q̄ se ex Volturcio aut Allobrogib⁹ audisse dicerēt) magnā illi iui
diā cōflauerāt vsq; adeo vt illi equites Romāi q̄ p̄sidij causa cū telis erāt

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



circũ edem ꝯcordie seu pericl'i magnitudie seu animi mobilitate impulsi quo studiũ suũ in rep. clari⁹ esset. Egredieti ex senatu cesari gladio ministarentur. Dũ hec in senatu aguntur et dũ legatis allobrogũ: et T. Volturcio cõprobato eoꝝ indicio p̃mia decernunt: liberti ⁊ pauci ex dietib⁹ Lẽtuli diuersis itinerib⁹ opifices atq; seruitia in vicis ad eũ eripiendũ solicitabant. Partim exquirebãt duces multitudinũ qui precio remp. vexare soliti erant. Cethegus per nunctios familiam atq; libertos: electos suos et exercitatos orabat in audaciã. vt grege facto cum telis ad se irrũperent Consul. vbi ea parari cognouit dispositis presidijs vt res ac tempus monebat conuocato senatu refert quid de his fieri placeat: qui in custodiam traditi erant. Sed pauloante frequens senatus iudicauerat eos contra remp. fecisse. Tunc D. Iunius Sillanus primus sententiã rogatus (q̃ eo tempore con: de:) De his qui in custodijs tenebantur. ⁊ preterea de L. Cassio. P. Furio. P. Vmbreno. Q. Annio si deprehensi forent supplicium sumendum decreuerat. Isq; postea permotus oratione. C. Cesaris pedibus in sententiam Tyberij Neronis se iturum dixerat: q̃ de ea re presidijs abditis referendum censuerat. Sed cesar vbi ad eum ventum est rogatus a Consule sententiam huiuscemodi verba locutus est.

Muis hoĩes. P. C. qui de reb⁹ dubijs ꝯsultãt ab odio amicicia ira atq; miscdia vacuos esse decet. Haud facile animus verum prouidet vbi illa officiunt neq; hoĩm quisq̃ libidini simul ⁊ vsui paret vbi intẽdere ingeniũ valet. Si libido possidet ea dñat magna mihi copia est memorãdi. P. C. qui reges atq; popl'i ira aut misericordia ĩpulsi male ꝯsulerint. Sz ea malo dicere q̃ maiores nostri cõtra libidinẽ animi sui recte atq; ordiate fecere. Bello Macedonico: q̃ cũ rege Perse gessim⁹

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



historia.

Rhodiorꝝ ciuitas magna atq; magnifica (que. P. R. opibus creuerat) infida atq; aduersa nobis. Sed postq̃ bello confecto de Rhodijs cõsultum est maiores nostri (ne quis diuitiarũ magis q̃ iniurie causa bellum ceptum diceret) impunitos eos dimiserunt. Itẽ bellis punicis oĩbus: cũ sepe Cartagineñ. in pace et per inducias multa nefaria facinora fecissent nunq̃ tñ ipsi per occasionẽ talia fecere magis quod foret dignũ se quã qđ in illos iure fieri posset querebant. Hoc itẽ vobis prouidendũ est. P. C. ne plus apud vos valeat. P. Leu. et ceteri orũ scelus quã vestra dignitas: neu magis ire vestre quã fame consulatis. Nã si digna pena pro factis eoruꝫ repiretur: nouũ consiliũ approbo Si magnitudo sceleris oĩm ingenia exuperat: his vtendũ censeo: que legibus cõparata sunt Plerique eorũ q̃ ante me sentẽtias dixerũt: cõposite ac magnifice casuꝫ R. P. miserati sunt q̃ belli seuitia esset q̃ victꝫ acciderẽt nũerauere: rapi v̄gĩes: pueros diuelli libros a parentũ cõplexu: matres familiarꝝ pati que victoribꝰ collibuissent. Pbana atq; domos spoliari: cedẽ incendia fieri. Postremo armis cadauerib⁹ cruore atq; luctu oñia cõpleri sed ꝑ deos immortales quo illa oratio ꝑtinuit An vti vos infestos cõiurationi faceret? scꝫ quem res tãta atq; tã atrox non ꝑmouit eũ oratio accendet? nõ ita est: neq; cui q̃ mortalium iniurie sue parue vident multi eas grauius equo habuere. Sed alia alijs licẽtia. P. Con. qui demissi in obscuro vitã agũt si q̃d iracũdia deliq̃re pauci sciũt fama atq; fortũa eorꝝ pares sunt: qui magno imperio p̃diti in excelso etatẽ agũt. Eorꝝ facta cũcti mortales nouere. Ita in maxĩa fortũa minĩa licẽtia est: neq; studere: neq; odisse: sed minime irasci decet. Que apud illos iracundia dicit ea in imperio suꝑbia atq; crudelitas appellatur: equidẽ ego sic existimo. P. C. omnis cruciatus minores quã faciora illorꝝ esse. Sed plerique mortales postrema memiere ꝛ ho-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De coniuratione Catiline.

minibus impijs sceleris eorum obliti disserunt de pena: si ea paulo seuior
fuit. D. Sillanum virum fortē atq; strenuum certe scio que dixerit stu-
dio reip. dixisse neq; illū in tanta re gratiam: aut inimicitiā exercere: eos
mores atq; modestiam viri cognoui Verum sententia eius non videtur
mihi crudelis (quid enim in tales homines crudele fieri potest) sed alie-
na a. R. P: nostra sententia videtur. Nam profecto aut metus aut iniu-
ria te subegit Sillane consulem designatum genus pene nouū decernere
De timore autem superuacaneū est disserere: cum presertim diligentia
clarissimi viri consulis tanta presidia in armis. De pena possum equidez
dicere id quod res habet in luctu atq; miserijs mortem erumnarum req̄
em non cruciatū esse. Eam cuncta mortaliū mala dissoluere: vltra neq;
cure: neq; gaudio locū esse. Sed per deos immortales: quāobrem in sen
tentiam non addidisti vti prius verberibus in eos aniaduerteretur: an
quia lex Portia vetat? At alie leges. Item de condemnatis ciuibus nō
animā eripi: sed exilium permitti iubent: an quia grauius est verberari
q̄ necari? Quid autem acerbum aut nimis graue est in homines tanti
facinoris conuictos? Sin quia leuius est: quid conuenit in minore ne-
gocio legē timere cū eam in maiore neglexeris. At em̄ quis rep̄hendat id
quod in parricidas. R. P. decretum erit: tempus. dies. fortuna (cuius li
bido gentibus moderatur) illis merito accidet quicquid euenerit Cete
rū vos. P. C. q̄d in alios statuatis cōsiderate. Om̄ia mala exēpla ex bo-
nis reb⁹ orta sunt. Sz vbi imperiū ad ignaros. aut minus bonos ꝑuenit
nouū illud exemplum ab dignis ⁊ idoneis ad indignos ⁊ non idoneos
trāsfertur. Lacedemonij de victis Atheniēsib⁹ trigīta viros imposuere
qui remp. tractarēt. Hi prīo cepere pessimū quemq̄ et oībus inuisum in
demnatū necare. Ea ppl'us letari: ⁊ merito dicere fieri. Post vbi licētia

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



paulatim creuit iuxta bonos et malos libidinose interficere ceteros me-
tu terrere Ita ciuitas seruitute oppressa: stulte leticie graues penas de-
dit. Nostra memoria victor Silla cũ Danasippũ (et alios huiusmodi q̃
malo. R. P. creuerant) iugulari iussit. Quis non factũ eius laudabat?
homines scelestos factiosos qui seditionibus. R. P. exagitauerant: me
rito necatos aiebant. Sed ea res magne initium cladis fuit. Nam vti q̃s
q̃: domũ aut villam: postremo vas aut vestimentũ alicuius concupiue
rat: dabat operam vt is in proscriptorũ numero esset. Ita illi (quibus
Damasippi mors leticie fuerat) Paulopost ipsi trahebantur: neq̃ pri-
us iugulandi finis fuit q̃ Silla omnis suos diuitijs expleuit. Atq̃ ego
hec non in Mar. Tullio neq̃ his temporibus vereor. Sed in magna ci-
uitate multa et varia ingenia sunt. Potest alio tẽpore alio cõsule: cui idẽ
exercitus in manu sit. aliquid falsum pro vero credi: vbi hoc exemplo per
senatus decretum consul gladium eduxerit: quis illi finem statuet. aut
quis moderabitur. Maiores nostri. P. C. neq̃ consilij neq̃ audacie vn-
q̃ eguere: neq̃ illis superbia obstabat: quo min⁹ aliena instituta: si mo
do proba erant imitarentur Arma atq̃ tela milita. ia a samnitibus insi-
gnia magistratuũ ab Tuscis pleraq̃ sumpserunt. postremo quod vbiq̃
apud socios aut hostes idoneum videbatur cũ summo studio domi exe-
quebantur Imitari q̃ inuidere bonos malebant. Sed eodem tempore
illo grecie morem imitati verberibus animaduertebant in ciues de con-
demnatis summũ suppliciũ sumebant. Postq̃: R. P. adoleuit: ⁊ multi
tudine ciuiũ factiones valuere: circũuenire innocentes alia huiuscemodi
fieri cepere: tunc lex Portica alieq̃ leges parate sunt quibus exilium dã
natis permissum est: hanc ergo causam P. C. quo minus nouũ consiliũ
capiamus: imprimis magnã puto. Profecto virtus atq̃ sapientia ma-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a1039476-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



ior in illis fuit: qui ex paruis opibus tantum imperium fecere: q̃ in no-
bis qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti et augeri
exercitum Catiline? Minime. Sed ita censeo: publicandas eorum pe-
cunias: ipsos in vinculis habendos per municipia que maxime opibus
valent. Ne quis de his postea ad senatum referat: neue cum popl'o agat
Qui aliter fecerit senatum existimare eum contra Remp. et salutem om
nium facturum. Postq̃ Cesar dicendi finem fecit: ceteri verbo alius alij
varie assentiebant. At. M. portius Cato rogatus sententiam: huiusce-
modi habuit orationem.

Onge aliena mihi mens est. P. C. cum res atq; pericula no-
stra considero: et cum sententiam nõnullorum ipse mecum re-
puto. Illi mihi disseruisse videntur: de pena eorum qui patrie parentib⁹
aris: atq; focis bellum parauere. Res autem monet cauere ab illis ma-
gisq̃ quid in illos statuamus consultare. Nam cetera maleficia tum per
sequere vbi facta sunt. Hoc nisi prouideris: ne accidat: vbi euenerit iudi
cia frustra implores. Capta vrbe nihil fit reliqui victis Sed per deos im
mortales vos ego appello: qui semper domos: villas: signa: tabulas
vestras pluris q̃ Rempublicam fecistis: si ista cuiuscunq; modi sint (q̃
amplexamini) retinere: si voluptatibus vestris ocium prebere vultis: ex
pergiscimini aliquando: et capescite. Rempub. Nam nunc non agitur
de vectigalibus neq; de sociorum iniurijs libertas et anima nostra in du
bio est. Sepenumero. P. C. multa verba in hoc ordine feci sepe de luxu-
ria atq; auaritia nostrorum ciuium questussum multosq; mortales ea
causa aduersos habeo: qui mihi atq; animo meo nulli⁹ vnq̃ delicti gra-
tiam fecissem: haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Sz
ea tametsi paruipendebatis tamen Respub. firma erat opulentia negli-

D

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



gentiam tollerabat. Nunc vero non id agitur bonis an malis moribus
viuamus: neq; quantum aut q̄ magnificum imperium Romani po. sit
Sed hec cuiuscunq; modi videntur nostra an nobiscum vna hostium fu
tura sint: hic mihi quisq̄ mansuetudinem et misericordiam nominat.
Iampridem equidem nos vera vocabula rerum amisimus quia bona
aliena largiri liberalitas. Malarum rerum audacia fortitudo vocatur eo
respub. in extremo sita est. Sint sane quoniam ita mores habent se libe
rales ex sociorum fortunis: sint misericordes in furibus erarij. Ne illis
sanguinem nostrum largiantur: et dum paucis sceleratis parcunt: bo
nos omnis perditum eant bene et composite. C. Cesar pauloante de vi
ta et morte disseruit: credo falsa existimans: ea que de inferis memoran
tur: diuerso itinere malos a bonis loca tetra: inculta: feda atq; formido
losa habere. Itaq; censuit pecunias eorum publicandas et ipsos per mu
nicipia in custodijs habendos: videlicet timens ne si Rhome sint aut a
popularibus coniurationis aut a multitudine conducta per vim eripiā
tur. Quasi vero mali atq; scelesti tantummodo in vrbe: et non per totam
Italiam sint aut non ibi plus possit audacia vbi ad defendendum opes
minores sunt. Quare vanum equidem hoc consilium est si pericula ex il
lis metuit: aut si in tanto omniū metu solus non timet: eo magis conue
nit me mihi atq; vobis timere: quare eum de. P. Lentulo ceterisq; sta
tueritis pro certo habitote vos simul de exercitu Catiline et de offibus
coniuratis decernere. Quanto vos attentius ea agitis: tanto illis ani
mus infirmior erit. Si paululum languere vos viderint omnes iam fe
roces aderunt. Nolite existimare maiores nostros Rempub. ex parua
armis magnam fecisse: si ita res esset multo pulcherrimā eam haberem⁹
quippe sociorum atq; ciuium: preterea armorum atq; equorum maior

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



copia nobis q̃ illis est. Sed alia fuere que illos magnos fecere: que nobis nulla sunt domi industria: foris imperium iustum animus in consulendo liber: neq; delicto: neq; libidini obnoxius: pro his nos habem⁹ luxuriam: et auaritiam publice egestatem: priuatim opulentiam: laudamus diuitias sequimur inertiam. Inter bonos ⁊ malos discrimē nullum: omnia virtutis premia ambitio possidet neq; mirum vbi vos separatim sibi quisq; ꝯsiliū capitis: vbi domi voluptatib⁹. Hic pecunie aut gratie seruitis eo fit vt impetus fiat in vacuaz rempub. Sz ego hec omitto coniurauere nobilissimi ciues patriam incendere Gallorum gentem infestissimā nomini Romano accersiunt ad bellum dux hostium cum exercitu supra caput est Vos cunctamini etiam nunc ac dubitatis: quid intra menia deprehensis hostibus faciatis Miseremini cēseo deliquere homines iuuenes: adolescentuli per ambitionē atq; etiam armatos dimittatis. Vereor ne ista nobis mansuetudo et misericordia (si illi arma ceperint) in miseriam conuertatur. s. res ipsa aspera est: sed non timetis eam immo vero maxime sed inertia et mollitia animi alius alium expectantes cunctamini videlicet diis immortalibus confisi: qui hanc rempub. sepe in maximis periculis seruauere non votis neq; supplicijs muliebrib⁹ auxilia deorū parantur: vigilādo agendo bene ꝯsulēdo prospere omnia cedunt. Vbi secordie te atq; ignauie tradideris ne quicq̃ deos implores irati infestiq; sunt. Apud maiores nostros. A. Manlius Torquat⁹ bello gallico filium suum (q̃ is contra imperiuz in hostem pugnauerat) necari iussit. At ille egregius adolescens immoderate fortitudinis morte penas dedit vos de crudelissimis parricidis quod statuatis cunctamini: videlicet cetera vita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli: si ipse pudicicie: si fame sue: si diis aut hominibus vnq̃ illis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019479-1
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



pepercit Ignoscite adolescentie Cethegi: nisi iterum iam patrie bellum intulit: nam quid ego de Fabinio Statilio Lecario loquar? quibus si quicq̄ vnq̄ pensi fuisset. non ea consilia de rep. habuissent. Postremo P.C. si me hercule peccato locus esset: facile paterer vos ipsa re corrigi. quoniam mea verba contemnitis sed vndiq̄ circūuenti sumus. Ca. cum exercitum faucib⁹ urget. Alij intra menia atq̄ in sinu vrbis sunt hostes: neq̄ parari neq̄ consuli quicq̄ potest occulte Quo magis properandū est: quare ego ita censeo (cum nefario consilio sceleratorum ciuium resp. in maxima pericula venerit. Dicq̄ inditio Volturcij et legatorum Allobrogum comicti confessiq̄ sint cedem: incendia: alia feda atq̄ crudelissima facinora in ciues patriamq̄ parauisse) de confessis sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum Postq̄ Cato assedit omnes consulares: itemq̄ senatus magna pars sententiam eius laudāt virtutem animi ad celum ferunt Alij alios increpātes timidos vocāt Cato clarus atq̄ magnus habetur: senatus decretū fit sicuti ille censuerat Sed mihi multa legēti multaq̄ audienti que populus Ro. domi militiaeq̄ mari atq̄ terra preclara facinora fecit forte libuit attendere que res maxime tanta negotia sustinuissent: sciebam sepenumero po. ro. parua manu cū magnis legiōib⁹ hostiū ꝓcliisse cognouerā paruis copijs bella gesta cū opulentis regib⁹ ad hoc sepe fortūe violentiā tolleruisse facilia grecos. gloria belli gallos ante Romanos fuisse At mihi multa agitanti constabat paucoꝝ ciuiū egregiā virtutē cuncta patrauisse: eoq̄ factū est: vti diuitias pauptas: multitudinē paucitas superaret. Sz postq̄ luxu atq̄ desidia ciuitas corrupta est: rursꝰ resp. magnitudie sua imperatoꝝ atq̄ magistratuū vicia sustentabat Acsicuti effecta parentū multis tempestatib⁹: haud sane quisq̄ Rome virtute una

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



genus fuit sed memoria mea ingenti virtute diuersis moribꝰ fuere duo vi
ri. M. Cato et. C. Cesar. quos (quoniam res obtulerat) silentio non fu
it mihi preterire consilium quin vtriusq; naturam et mores quantum in
genio possem aperirem Igitur his genus etas: eloquentia prope equa
lia fuere Magnitudo animi par Item gloria sed alia alij. Cesar benefi
ciis et munificentia magnꝰ habebatur Integritate vite Cato ille man
suetudine ⁊ misericordia clarus factus Huic seueritas dignitatem addi
derat Cesar dando subleuando ignoscendo Cato nihil largiendo glori
am adeptus. In altero miseris profugium: in altero malis pernicies: il
lius facilitas: huius constantia laudabatur Postremo cesar in animũ
induxit laborare vigilare. sua negotijs amicorũ intẽtꝰ negligere: nihil de
negare. quod dono dignum esset: sibi magnum imperium exercitũ bellũ
nouum exoptabat: vbi virtus enitescere posset At Catoni studiũ mo
destie decoris: sed maxime seueritatis erat: nõ diuitijs cum diuite. neq;
factione cũ factioso: sed cum strennuo virtute: cum modesto pudore: cũ
innocente abstinentia certabat. esse q̃ videri bonus malebat. Itaq; quo
minus petebat gloriam eo magis assequebatur Postq̃ vt dixi senatus
in Cat. sententiam discessit: consul optimũ factu ratus noctem que ista
bat ante capere ne quid eo spacio nouaretur trilluiros (que ad supplicii
postulabat) parare iubet ipse dispositis presidijs Lentu. in carcerem de
ducit: idem fit ceteris per pretores. Est locꝰ in carcere quod appellatur
tullianũ: vbi paululum ascenderis ad leuam circiter duodecim pedes de
pressus humi eũ muniunt vndiq; parietes: atq; insuper camera lapideis
fornicibus iuncta: sed inculta tenebris odore fedá atq; terribilis facies
eius est: in eum locum postq̃ demissus est Lentu. vindices rerum capi
tis quibus preceptũ erat laqueo gulam fregere. Itaq; ille Lentu. patricij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um rbin.de.hvb:20-3561013940[1-9]
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



us ex clarissima gente corneliorum (qui consulare imperium Rome habuerat) dignum moribus factisq; suis exitum vite inuenit De Cethego Statilio Gabinio Cepa. eodem modo sumptū suppliciū est.

Vm ea Rome geruntur Catilina ex omni copia quā et ipse adduxerat: et Manlius habuerat duas legiones instituit cohortes pro numero militū complet: deinde vt quisq; voluntarius aut ex sociis in castra venerat equaliter distribuerat: ac breui spacio legiones numero hominū expleuerat: cum in initio non amplius duobus milibus habuisset. sed ex omni copia circiter quarta pars erat militaribus armis instructa ceteri vt quēq; casus armauerat: sparos aut lanceas: alij preacutas sudes portabant Sed postq̄ Anto. cum exercitu aduentabat Cati. per montes iter facere: modo ad vrbem modo Galliam versus castra mouere hostibus occasionem pugnandi non dare sperabat propediem magnas copias sese habiturum: si Rome sociis cepta patrauissent: interea seruitia repudiabat cuius in initio ad eum magne copie concurrebāt opibus coniurationis fretus sic alienū suis rationibus existimans videri causam ciuium cum fugitiuis cōmunicasse: sed postq̄ in castra nuncius peruenit Rome cōiurationem patefactam de Lento. et Cethego ceterisq; quos supra memorauī supplicium sumptum plerisq; quos ad bellum spes rapiaꝝ aut nouaꝝ studiū illexerat dilabunt: reliq̄s Catilina p mōtis asperos magnis itineribus in agrū pistoriēsē adducit eo ꝯsilio vti p tramites occlte ꝓfugeret in galliā trāsalpinā At. Q. Metellus celer cum tribus legiōibus ī agro Piceno p̄sidebat ex difficultate rerum eadem illa existimās q̄ supra diximus Cat. exagitare Igit vbi eius iter ex ꝑfugis cognouit castra ꝓpere mouit. ac sub ipsis radicibus montiū cōsedit: qua illi descēsus erat in galliā ꝓperanti. neq; tñ Anto. ꝓcul aberat vtpote q̄ magno exer-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



citu locꝫ equioribus expeditos in fugam sequeretur. Sed postq̄ videt Cati. montibus atq; copijs hostium sese clausum: in vrbe res aduersas: neq; fuge neq; presidij vllam spem optimū factu ratus in tali re fortunā belli tentare: statuit cum Anto. q̄ primū confligere. Itaq; contione aduocata huiusmodi orationem habuit.

Compertum ego habeo milites verba non addere virtutem neq; ex ignauo strenuū neq; fortem ex timido exercitum imperatoris oratione fieri quanta cuiusq; animo audacia natura aut moribus inest tanta in bello patere solet quem neq; gloria neq; pericula excitant ne quicq̄ hortere timor animi auribus officit sed ego vos quo pauca memorem aduocaui simul vti causam mei periculi aperirem: scitis eq̄dem milites secordia atq; ignauia Lētuli quantā ipsi nobisq; dadem attulerit quoq; modo dum ex vrbe presidia opperior in Galliam proficisci nequiuerim Nunc vero in quo loco res nostre sint iuxta mecum om̄es intelligitis: exercitus hostium duo vnus ab vrbe alter a gallia obstant. Diutius in his locis esse si animus ferat frumenti atq; aliarum rerum egestas prohibet quocunq; ire placet ferro iter est aperiendum: quapropter vos moneo vti forti atq; parato animo sitis cum prelium inibitis memineritis vos diuitias decus gloriam preterea libertatem atq; patriam in dextrꝫ vestrꝫ portare si vicerim⁹ oia vobis tuta erunt: commeat⁹ abunde municipia atq; colonie patebunt: si metu cesserimus eadem illa aduersa fient neq; locus, neq; amicus quisq̄ teget: quem arma non texerint. Preterea milites non eadem nobis et illis necessitudo impendet. nos pro patria pro libertate pro vita certamus. Illis superuacaneum est pro potentia paucorum pugnare quo audatius aggredi animi memores pristine virtutis; licuit nobis cum summa turpi-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9348 3-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



tudine in exilio etatem agere Potuistis nonnulli Rome amissis bonis alienas opes spectare: quia illa fœda atq; intolleranda viris videbantur hec sequi decreuistis si hec relinquere vultis audatia opus est Nemo nisi victor pro pace bellū mutauit nam in fuga salutem sperare cum arma ꝯ/ bus corpus tegitur ab hoste auerteris ea vero dementia est semper in pre lio vis est maximū periculū qui maxime timent. audatia pro muro habe tur cū vos considero milites et cū facta vestra estimo: magna me spes vi etorie tenet: animus etas virtus vestra me hortantur. Preterea ne/ cessitudo que etiam timidos fortes facit nam multitudo hostium ne circūuenire queat: prohibent angustie loci. Quod si virtuti vestre fortūa inuiderit: cauete ne inulti animā amittatis: neu capti potius sicuti peco ra trucidemini ꝯ virorum more pugnantes: quentam atq; luctuosam victoriam hostibus relinquatis. Hec vbi dixit paululum commoratus signa canere iubet atq; instructos ordines in locum equū deducit. Dein de remotis oīibus equis pro peditibus exequato periculo quo anim? amplior esset ipse pedes exercitū pro loco atq; copijs istruxit nam vti pla nities erat inter sinistros montis: et ab dextra rupes aspera: octo cohor tis in fronte cōstituit. Reliqua signa in subsidijs arctius collocat ab his centuriones ornatis lectos euocatos. preterea ex gregarijs militibus opti mū quemq; armatū in primā aciem subducit. L. Manlium in dextera fesul anū quendam in sinistra parte curare iubet. Ipse cum liberis et colo nis prope aquilam assistit: quā bello Cimbrico. C a. Marius in exerci/ tu habuisse dicebatur. At ex altera parte. L. Antonius pedibus eger: quod in prelio adesse nequibat. M. petreio legato exercitū permittit. Il/ le cohortis veteranas quas tumultus causa cōscripserat in fronte: post eas ceterū exercitū in subsidijs collocat ipse equo circūminens vniuersq;

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



nominās appellabat hortatur rogat vt meminerint se contra latrones
inermes pro patria pro liberis pro aris atq; focis certare. Homo milita
ris qui amplius triginta annos tribunus aut prefectus: aut legat⁹ aut
pretor cum magna gloria in exercitu fuerat plerosq; ipse factaq; eorum
fortia nouerat ea cōmemorando militum animos accendebat: sed vbi
omnibus rebus exploratis petreius tuba signum dat cohortis paula-
tim incedere iubet idem facit hostium exercitus postq̄ eo ventum est: vn
de ab ferentarijs prelium cōmitti posset: maximo clamore cum infestis
signis vtrimq; concurrunt pila omittūt gladijs res geritur veterani pri
stine virtutis memores cominus acriter instare: illi haud timidi resi-
stunt maxima vi certatur: interea Catilina cum expeditis in prima acie
versari laborantibus succurrere integros pro saucijs accersire omnia ꝓ-
uideri multum pugnare: sepe hostem ferire strenui militis et boni im-
ꝑatoris officia simul exequebatur. Petreius vbi videt Catilinam con-
tra ac ratus erat magna vi contendere cohortem: pretoriam in medios
hostes inducit: eosq; perturbatos atq; alio alibi resistentes interficit.
Deinde vtrimq; ex cateribꝰ cęteros aggreditur. Manlius et Fesulanus
ille imprimis pugnantes cadūt: postq̄ fusas copias seq; cū paucꝭ relictū
vidit Cati. memor generꝭ atq; pristine sue dignitatꝭ in cōfertissimos ho
stes incurrit: ibiq; pugnans confoditur. Sed confecto prelio tunc vero
cerneres quāta audacia quātaq; vis animi fuisset in exercitu Catilie Nā
fere: quē quisq; pugnando locū viuus ceperat eum amissa anima corpo-
re tegebat. pauci autez quos medios cohors pretoria disiecerat: paulo
diuersiꝰ iacebāt. sed oēs tñ aduersis vulneribus conciderant. Cati. vero
lōge a suis inter hostiū cadauera repertos est. paululū etiam spirās: fero
ciāq; animi quā habuerat viuꝰ in vultu retinēs. Postremo ex omni copia

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bsb 20-35a103 9485-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



neq; in prelio neq; in fuga quisq̄ ciuis ingenuus captus est. ita cuncti sue hostiumq; vite iuxta pepercerant: neq; tamen exercitus populi Rho. letam: aut incruentam victoriam adeptus est nam strenuissimus quisq; aut occiderat in prelio: aut grauiter vulneratus discesserat. multi autem qui de castris visendi aut spoliandi gratia processerant: voluentes hostilia cadauera amicum alij pars hospitem. aut cognatum reperiebant Fuere item qui inimicos suos cognoscerent ita varie per omnem exercitum leticia: meror. luctus atq; gaudia agitabantur.

¶ Habes suauissime lector: Opus Salustij i Romana historia principis: de coniuratiōe Catilie elegātissimū: et ab Jacobo Thanner exactissime optimis (vt vides) typis: iam denuo impressum ⁊ vigilantissima cura ex multis probis codicibus collatis: apprime emendatuz emaculatumq; Anno incarnationis Millesimo quingentesimodecimo.

Laus deo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9486-6
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg


UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Marci Tullij Ciceronis Officiorum
Liber Primus Ad Marcum Filium.

Quamquam te Marce fili (annum iam audientē
Cratippū idq; Athenis) abundare oportet pre-
ceptis institutisq; philosophie propter summam
et doctoris auctoritatem: et vobis: quorum alter
te scientia augere potest: altera exemplis. tamen vt ipse ad meam vtilitatē
semp cū grecis latina cōiunxi (ne id in philosophia solū sed etiam in dicen
di exercitatiōe feci) idē tibi censeo faciendū, vt par sis in vtriusq; oratiōis
facultate. Quā quidem ad rem nos (vt videtur) magnum adiumentum
attulimus hominibus nostris. vt non modo grecarum litterarum rudes.
sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos: et ad dicendum et ad
iudicandum. Quamobrem disces tu quidem a principe huius etatis phi-
losophorum: et disces quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis quo
ad te quantuz proficias non penitebit. Sed tamen nostra legens non mul-
tum a peripateticis dissidentia: quoniam vtriq; et Socratici et Platoni-
ci volumus esse. De rebus ipsis vtere tuo iuditio. nihil enim impedio. Ora
tionem autem latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem. Nec
vero arroganter hoc dictuz existimari velim. Nam philosophandi scientiā
cōcedens multis (quod est oratoris propriū. apte. destincte ornate dicere
quoniam in eo studio etatem consumsimus) si id mihi assumo: videor
id meo iure quodammodo vendicare. Quamobrem magnopere te hortor
mi Ci. vt non solū orationes meas: sed hos etiā de philosophia libros qui
se iam illis fere equarunt studiose legas: Vis enim dicendi maior est in ill-

A 4

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



modis non honestate meticur hic si sibi ipse consentiat: et nō interdū natura
bonitate vincat: sic ut neq amicitie ea colere possit: nec iustitia: nec libe-
ralitate. Fortio vero dolorem summū malū indicans aut temperans vo-
luptatē summū bonū statuens esse: certe nullo modo potest. Que quāq
ita sint in promptu: ut eis disputatione non egeat: sunt tamen a nobis
alio loco disputata. Hec disciplina igitur si sibi consentanea esse velint de
officio nihil queant dicere: neq ulla officij precepta: firma: stabilia con-
iuncta nature tradi possunt nisi aut ab his qui solū: aut ab hijs qui max-
me honestatē propter se dicant expetendam. Itaq ppria est ea preceptio
stoicorū r academicorū: r peripateticorū: qui Aristonis. Pyrronio: Herilli
tamq̄ explosa est sententia: qui tamen haberent ius suum disputādi de
officio: si rerū aliquē delectum reliquissent. vt ad officij inventionē adhi-
esset. Sequimur igit hos quide ut opor: r in hac questione potissimū stoicos
non vt interpretes sed (vt solem) e fontibus eorum iudicio arbitrioq̄ no
stro quantum quoq modo videbimur hauriemus.

Licet igitur (quōniā omnis disputatio officio futura est) aliquā
p definire quid sit officiū. Quod a Panetio pretermissum esse mi
ror. Omnis enim que a ratione suscipit de aliqua re instituto debet a diffi-
nitione proficisci: vt intelligatur quid sit id de quo disputetur.

¶ Divisio officij:

Manis de officio dupler est questio. unum genus est quod perti-
o net ad finem bonorū. alterū quod positū est in preceptis. quib⁹
in oīes partes vsus vite confirmari possit. Superioris generis huiusmodi
exempla sunt. Omnia ne officia perfecta sint: nūquid officiū aliud alio ma-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG um rbin.de.bute.20 - 35a10.39,99 1-1 CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Officiorum Tullij Folio.vi.

patria vendicat partē amici. atq; vt placet Stoicis: que in terris gignuntur: ad vsum hoim omnia creari: homines autē hominum causa esse generatos: vt ipsi inter se alij alijs prodesse possent: in hoc naturā debemus ducem sequi et communes vtilitates in medium afferre: mutatione officiorum danda: accipiendoq; tum artibus: tum opera: tum facultatibus deuincere hominum inter homines societatem.

¶ De fide fundamento iusticie.

Fundamentū aūt iusticie fides id est dictorum conuentorūq; cōstantia et veritas. et quo (quanq; hoc videbitur fortasse cuipiā durius tamē audiamus imitari Stoicos qui studiose exquirunt vnde verba sint ducta) credamusq; quia fiat qd dictum est appellant fidem.

Duo genera iniusticie.

Ed iniustitie duo genera sunt Vnū eorū qui inferunt. alterū eorū qui ab his. quibus infertur si possint non ꝓpulsant iniuriā Nam qui iniuste impetum in quempiam facit: aut ira: aut aliqua perturbatione incitatus is quasi manus violenter videtur afferre socio: quia aūt non defendit: non obsistit: si potest iniurie: tam est in vicio: q̄ si parentes aut amicos: aut patriam deserat. Atq; ille quidē iniurie que nocendi causa de industria feruntur: sepe a metu proficiscuntur: cum is qui alteri nocere cogitat timet ne nisi id fecerit: ipse aliquo afficiatur incōmodo Maximā aūt partem adiniuriā faciendā aggrediūtur nonnulli: vt adipiscantur ea que concupierunt: in quo vitio latissime patet auaritia. Expetunt aūt diuicie: tū ad vsus vite necessarios. tum ad perfruendas voluptates: in quibꝰ aūt maior est animus. in his pecunie cupiditas spectat ad

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um:nbn:de:bvb:20-25a10139499-7
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



occupationibus sic impediunt: vt eos quos tutari debeant desertos esse pa
ciantur. Itaq; videndum est. ne nõ satis sit id qd apud Platonem est in
philosophos dictum: quod in veri vestigatione versentur: quodq; ea que
plerique vehementer expetant (de quibus inter se digladiari soleant) contẽ
nant: ꝓ nihilo ducant/ ꝓpterea iustos esse. Nam dum alterũ iusticie ge
nus assequunt: in inferenda (ne cui noceãt) iniuria. in alterũ incidunt.
Discẽdi enĩ studio impediti quos tueri debẽt deserũt. Itaq; eos ad temp.
ne quidem accessuros putat nisi coactos. Equius autẽ erat id voluntate
fieri. Nã hoc ipsũ ita iustũ est quod recte fit si est voluntariũ. Sunt etiã
qui: aut studio reifamiliaris tuẽde: aut odio quodã hoĩm. suũ se negotiũ
agere dicant: ne facere cuiq; videantur iniuriam: qui dum altero iniusticie
genere vacant: in alterũ incurrũt. Deserũt enĩ vite societatẽ q; nihil con
ferunt in causam studij: nihil opere: nihil facultatũ. Qm igit duob⁹ gene
ribus iniusticie ꝓpositis adiũtim⁹ causas vtriusq; generis: easq; res ante
ꝯstituim⁹ quib⁹ iusticia cõtinet (facile qd cuiusq; tpis officium sit) pote
rimus (nisi nosmetipsos valde amabimus) iudicare. Est enim difficilis
cura rerũ alienarum quanq; terentianus ille Chremes hũani nihil a se alie
num putat. Sed tũ q; magis ea ꝑcipimus atq; sentimus. que nobisipsis
aut ꝓspera aut aduersa eueniũt: q; illa que ceteris que quasi longo inter
uallo interiecto videmus aliter de illis ac de nobis iudicamus. Quocirca
bene precipiũt qui vetant quicq; agere quod dubites equũ sit an iniquum
Equitas enĩ lucet ipsa per se: dubitatio autem cogitationẽ ꝑficat iniurie.

De officijs circumstantie.

Ed incidũt sepe tempora cũ ea que maxime videnĩ digna eẽ iu

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/501-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

si sunt in proxios. Quas enim copias his suppeditati equū est et reliquere eas trāsferūt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerūq; rapiendi et auferendi p iniuriam. vt ad largiendū suppetāt copie. Videre etiā licz plerosq; (nō tā natura liberales q̄ quadā gloria ductos vt bn̄fici videantur) facere multa que videnr̄ magis proficisci ab ostentatione q̄ a volūtate Talis aūt simulatio vanitati est cōiunctio. q̄ aut liberalitati aut honestati. Tertiū est ꝓpositum / vt beneficentia / delectus esset dignitatis in quo et mores eius erūt spectandi: in quē bn̄ficiū conferetur. et animus erga nos ⁊ ꝯmunitas ac societas vite: et ad nostras vtilitates officia ante collata: q̄ si ꝯcurrāt oīa optabile ē. Si min⁹ plures cause maioresq; pō

¶ Quomodo cōsiderandi sunt mores (deris pl⁹ habebunt

Voniā aūt viuitur nō cū ꝑfectis hominibus pleneq; sapientib⁹ sed cū his in quibus preclare agit: sunt simulachra virtutis: etiā hoc intelligendū puto / neminem omnino esse negligendū / in quo aliqua significatio virtutis appareat. Colendū aūt esse ita quemq; maxime vt quisq; his virtutib⁹ lenioribus erit ornatus modestia: temperantia ac ipsa (de qua iā multa dicta sunt) iusticia. Nam fortis anim⁹ ⁊ magn⁹ in homine nō ꝑfecto nec sapiente ferventior plerūq; est: ille vero virtutes bonū virū videntur poti⁹ attingere. Atq; hec in moribus considerantur.

¶ Quomō cōsideranda sit beniuolentia aliorū erga nos.

Ed beniuolentia aūt quā quisq; habeat erga nos primum illō est in officio: vt ei plurimum tribuamus a quo plurimum diligimur Sed beniuolentiam non adolescentulorum more ardore quodam amoris. sed stabilitate potius et constantia iudicemus.



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/50 7-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Liber Primus

¶ Quomodo beneficia in nos collata spectanda sint.

Nerunt merita. vt non ineunda: sed referenda sit gratia. maior quedã cura adhibẽda est Nullũ enĩ officiũ referendi gratia. magꝫ necessariũ est: qd̃ si ea que acceperis vtenda maiore mensura (si mõ possis) iubet reddere Hesiodus / quidnã beneficio ꝓuocati facere debemus An nõ imitari agros fertiles qui multo plus afferunt q̃ acceperunt. etenim si in eos quos speramus nobis ꝓfuturos non dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus qui iam profuerunt. Nã cum duo genera liberalitatis sint vnũ dandi beneficiũ: alterũ reddendi. demus nec ne in nostra potestate est: non reddere bono viro non licet: si modo id facere posset sine iniuria Acceptoꝝ aũt bñficiorũ sunt delectꝰ habendi nec dubium quin maximo cuiqꝫ plurimũ debeatur: In quo tamen in primis quo quisqꝫ animo: studio benifolentia fecerit / ponderandũ est Multi enĩ faciunt multa temeritate quadã: sine iudicio vel modo in omnes: vel repentino quodam quasi vento: impetu animi incitati. que beneficia eque magna non sunt habenda: atqꝫ ea que iudicio cõsiderate cõstanter delata iunt: sed incollocando bñficitio: et in referenda gratia. si cetera paria sint hoc maxime officij est. vt quisqꝫ maxime opis indigeat. ita ei potissimum opitulari Quod contra fit a plerisqꝫ. a quo enim plurimũ sperant: etiam si ille is non eget: tamen ei potessimum inseruiunt.

¶ Quomodo consideranda sit vite cõmunitas et societas.

Prime aũt societas hominũ cõiunctioqꝫ seruabit̃: si vt quisqꝫ erit cõiunctissimus ita in eum benignitatis plurimũ cõferetur Sꝫ que nature principia sint cõmunitatꝰ et societatis hũane repetendũ al

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/50 8-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg


UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1039/509-0
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Liber Primus

datur infinitate proprior est eosdē gentis : nationis : lingue qua maxime
homines cōiūguntur / Interiꝰ etiā est eiusdē esse ciuitatis / multa enī sunt
ciuibus inter se cōmunia : forum : fana porticus : vie : leges : iura : iudicia
suffragia : consuetudines / Preterea et familiaritates multe que cū multis
res : rationesq; ꝯtracte / Arcior vero colligatio est societatis propinquorū
Ab illa enim immensa societate humani generis : in exiguum angustumq;
concluditur . Nam sit hoc natura cōmune animantiū vt habeant libidi-
nē procreandi . prima societas in ipso est cōiugio prima in liberis : deinde
vna domꝰ : oīa cōmunia . Id aūt est principiū vrbis : et quasi seminariū
reip . Sequunt fratrū cōiūctiōes : post consobrinorū sobrinorūq; : qui cū
vna domo iam capi non possint . in alias domos : quasi in colonias exeūt
Sequuntur cōnubia : et affinitates : ex quibus etiā plures ꝓpinqui Que
ꝓpagatio : et soboles origo est rerū publicanarū . sanguinis aūt cōiūctio :
et beniuolentia deuinxit charitate homines / magnū est enī eadem habere
monumēta maiorū : eisdem vti sacris : sepulchra habere communia Sed
omnium societatū nulla prestantior est : nulla firmior : q̄ cū viri boni mo-
tibꝰ similes sunt familiaritate cōiuncti . Illud enī honestū / qd̄ sepe diximꝰ
etiam si in alio cernimus tñ nos mouet : atq; illi in quo id inesse videtur :
amicos facit Et quanq̄ omnis virtus nos ad se allicit : facitq; vt eos di-
ligamus : in quibus ipsa inesse videatur : tñ iusticia et liberalitas id maxi-
me efficit . nihil aūt amabilius . nec copulatius q̄ morū similitudo bonorū
In quibus enim eadem studia . sunt eedē voluntates : in his fit : vt eque
quisq; altero delectetur ac se ipso . Efficiturq; id quod Pytagoras vult in
amiticia vt vnus fiat ex pluribus Magno etiā illa cōmunitas est que con

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/51 0-2
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Officiorum Tullij Folio. xij.

ficitur ex beneficijs vltro et citro datis acceptisq. Que mutua grata dum sunt inter quos ea sunt firma deuinciuntur societate. Sed cum oia ratione animoq lustraueris. oim societatū nulla est gratior: nulla chario: q̄ ea que cū repu. est vnicuiq nostrū. Chari sunt parentes: chari liberi: ꝓpinqui: familiares. Sed omnes omniū charitates patria vna complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere si ei sit profuturus Quo est detestabilior istorū immanitas: qui lacerarunt oīm sceleri patriā: et in ea funditus delenda occupati et sunt ⁊ fuerunt. Sed si contentio quedam et cōparatio fiat: quib⁹ plurimū tribuendū sit officij: princeps sunt patria et parentes: quorū beneficijs maxīe obligati sum⁹: ꝓximi liberi totaq domus que spectat in nos solos: neq aliud vllū potest habere ꝓfugiū. deinceps bene cōuenientes ꝓpinqui quibus cōmunis etiaz plerūq fortuna est. Quamobrem necessaria presidia vite debentur his maxīe quos ante dixi. Vita aūt victusq cōmunis ⁊ consilia: sermones: cohortationes: cōsolanes: interdū etiam obiurgationes in amicis vigent / maxime. Est eadem iucundissima amicitia: quam similitudo morum coniugauit.

¶ De officijs a circumstancia.

Ed in his oīmibus officijs tribuendis videndū erit: quid cuiq maxime necesse sit: et quid quisq nobiscum vel sine nobis: aut possit consequi: aut non possit. Ita non idem erūt necessitudinū gradus qui et temporū: Sūtq officia: que alijs magis q̄ alijs debeant. vt vicinū citius adiuueris in frugibus ꝑcipiendis: q̄ aut fratrē: aut familiarem. at silis in iudicio sit propinquū pocius et amicū q̄ vicinū defenderis. hec igit et talia circūspicienda sunt in omni officio et consuetudo exercitatioq ca-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bsb:20-25a1019/511-7
BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Liber Primus

pienda: vt boni raciocinatores officiorũ esse possum⁹: et adendo deducendoq; videre que reliqui summa fiat. Ex quo quantũ cuiq; debeatur intelligas Sed vt nec medici: nec imperatores: nec oratores (q̃uis artis precepta perceperint) quicq̃ magna laude dignũ sine vsu et exercitatione consequi possunt: sic officij conseruandi precepta traduntur: illa quidẽ vt faciamus ipsi Sed rei magnitudo vsum q̃ exercitationemq; desiderat. Atq; ab his rebus que sunt in iure societatis humane: quemadmodum ducat honestum: ex quo ortum est officium / satis fere diximus.

¶ Fortitudo et magnanimitas.

Intelligendũ est aũt (cũ proposita sint genera quatuor: quib⁹ honestas officiumq; maneret) splẽdidissimũ videri q̃d animo magno elatoq; humanasq; res despiciente factũ sit. Itaq; in ꝓbris maxime in ꝓmptu est. si quid tale dici potest. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Illaq; virgo viri. et si q̃d est eiusmodi. Salmacidas spolia sine sanguine et sudore: Cõtraq; in laudibus que magno animo et clarto fortiter excellenterq; gesta sunt ea (nescio quomodo) quasi pleno ore laudamus. Hinc rhetorũ campus de marathone salamine: plateis / thermopilis: leuctris: stratocle: hinc Decij: hinc Cneus et Publi⁹ Scipiões Hinc Marcus marcellus: innumerabiles alij: maximeq; ipse populus romanus animi magnitudine excellit. Declaratur aũt studium bellice glorie: quod statuas quoq; videmus ornatu fere militari.

¶ De animi elatione: que vitio datur: et audacia potest appellari.

Sed ea animi elatio / que cernitur. in ꝑiculis et laborib⁹ si iusticia vacat: pugnatq; nõ pro salute ꝯmuni: sed ꝑ suis cõmodis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/512-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



in vicio est/non eñ modo id virtutis non est sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. Itaq; probe definitur a stoicis fortitudo: cum eam virtutem esse dicunt pugnantē ꝓ equitate. Quo circa nemo qui fortitudinis gloriā cōsequut⁹ est: insidijs et malicia laudē est adept⁹: nihil eñ honestū esse potest: qd̄ iusticia vacat. Preclarū igit̄ Platonis illud nō solum inquit scientia que est remota a iusticia: calliditas potius q̄ sapientia est appellanda verumetiam animus paratus ad periculum (si sua cupiditate non vtilitate cōmuni impellitur) audacie potius nomē habeat q̄ fortitudinis: Itaq; viros fortes: magnanimos eosdem bonos et simplices veritatis amicos minimeq; fallaces esse volum⁹ que sunt ex media laude iusticie. Sed illud odiosum est qd̄ in hac elatione et magnitudine animo facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur. Vt enim apud Platonē est omnē morē lacedemoniorū inflammatū esse cupiditate viuendi. Sic vt quisq; animi magnitudine maxime excellit: ita maxime vult princeps omniū esse vel potius solus esse. Difficile autē est cum prestare omnibus ꝯcupiueris seruare equitatem: que est iusticia maxime propria Ex quo fit vt neq; disceptatione vinci se nec vllo publico ac legittimo iure paciani. Existuntq; in republica plerūq; largitores et factiosi: vt opes q̄ maximas cōsequantur et sint potius supiores vi q̄ iusticie pares. Sz quo difficilius hoc preclarius. Nullū eñ est tpus quod iusticia vacare debeat. Fortes igitur et magnanimi sunt habendi non qui faciunt: sed qui ꝓpulsant iniuriā Vera aūt et sapiens animi magnitudo honestū illud (qd̄ maxime naturam sequit̄) in factis positum / nō in gloria iudicat: principēq; si esse mauult q̄ videri: etem̄ qui errore imperite multitudinis pendet: hic

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/51 3-8
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Liber Primus

in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res iniustas impel
litur vt quisq; est altissimo animo et glorie cupido. Qui locus est sane lu-
bricus/ quod vix inuenitur: qui laboribus susceptisq; periculis additis nō/
quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

¶ De hijs que circa fortis animos et magnus versetur

Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur
quarū vna in rerū externarū despicientia ponitur/ cum persua-
sum sit nihil hominē (nisi qd honestū decoriq; sit) aut admirari: aut op-
tare aut expetere oportere/ nulli (neq; homini: neq; perturbatione animi:
nec fortune) succumbere/ Altera est res/ vt cum ita sis animo affectus
(vt supra dixi) res geras magnas. illas quidem et maxime vtiles/ sed vt
vehementer arduas plenasq; laborū et periculorū. tū causa vite: tū mul-
tarū causa rerū: que ad vitā pertinent. Harū rerum duarū splendor omnis
et amplitudo est: addo etiam ad vtilitatem in posteriore. Causa autem et
ratio efficiēs et magnos viros est in priore. in eo enim est illud qd excellentes
animos et humana cōtemnētes facit. Id aūt ipsum cernit in duobus: et si
solū id quod honestum bonū sit iudices/ et animi perturbatione liber sis
Nam et ea que eximia plerisq; et preclara videntur parua ducere: eaq; ra-
tione stabili sitmaq; contemnere/ fortis animi magniq; dicendū est/ Et ea
que videntur acerba (quorū multa et varia in hominū vita fortūaq; versan
tur) ita fere vt nihil a statu nature discedas/ nihil a dignitate sapientis ro
busti animi est magneq; cōstātie/ Nō ē aūt cōsentaneū: q metu nō frangat
eū frangi cupiditate/ nec qui inuictū se a labore prestiterit vinci voluptate
Quamobrem et hec vitāda sunt: et pecunie fugienda cupiditas est: nihil

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039/514-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



em̄ est tam angusti animi tamq̄ parui q̄ amare diuicias Nihil honestius
magnificentiusq̄ q̄ pecuniam ꝯtemnere si non habeas: si habeas ad bene
ficentiā liberalitatēq̄ cōferre. Cauenda est etiā glorie cupiditas: vt supra
dixi. Excipit em̄ libertatem: pro qua magnanimis viris omnis debet esse
cōtentio. Nec vero imperia expetēda: at potius aut non accipienda inter
dū: ac deponenda nonnunq̄ Vacandū aūt est omni animi perturbatione
tum cupiditate et metu: tum etiam egritudīe et voluptate animi et iracū
dia: tranquillitas adsit et securitas quā afferat cōstantiā tum etiam dig-
nitatē. Multi qūt et sunt et fuerunt qui eam quā dico tranquilitatē expe-
tentes a negotijs publicis se remouerūt ad ociumq̄ profugierunt/ In his
et nobilissimi philosophi longeq̄ principes: et quidē homines seueri et gra
ues: nec populi nec principū/ mores ferre potuerūt/ Vixerūtq̄ nōnulli in
ageis delectati re sua familiari. His idem ꝓpositū fuit qd̄ regib⁹/ vt ne qua
re egerent: ne cui parerent: libertate vterentur: cui⁹ ꝓpriū est sic viuere:
vt velis Quare cū hoc cōmune sit potentie cupidoꝝ cū his quos dixi ocio-
sos alteri se adipisci id posse arbitrant: si opes magnas habeāt. alteri si cō
tenti sint ⁊ suo et paruo/ In quo neutroꝝ oīno cōtēnanda est sententia/ Sz
et facilior et tucior et minus alijs grauis aut molesta/ vita est ociosorum.
Fructuosior aūt hoīm generi et ad claritatē amplitudinēq̄ apcior eorū: q̄
se ad rempub. ⁊ ad magnas res gerendas accommodauerūt/ Quapropter
et his forsitan cōcedendū sit rempu: nō capescentib⁹: qui excellenti inge-
nio doctrine sese dederunt. Et his qui aut valitudinis imbecillitate: aut
aliqua grauiore causa impediti a repub. recesserunt: cū eius administran-
te potestatem alijs laudemq̄ concederent. Quibus autem talis nulla si

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/51 5-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Liber Primus

causa sit. Despicere se dicant eaq; plerisq; admirent imperia et magistratus
his non modo non laudi verumetiam vitio dandū puto : quorū iudicium
in eo q̄ gloriā contēnant . et pio nihilo putent difficile facere non est pba
re Sed videt labores r molestias : tum offensionū : tum repulsarum quasi
quandam ignominiam timere et infamiā . Sunt enī qui in rebus contra
rijs parum sibi cōstent : voluptatē seueriſſime contemnant : in dolore sint
molliores : gloriam neglegant : franganture infamia . Atq; ea quidem non
sane constanter Sed his qui habent a natura adiumenta veterū grecorum
abiecta omni cunctatione adipiscendi mgrāsus sunt : et gerenda respubli
ca est . Neq enim aliter aut regi ciuitas : aut declarati animi magnitudo
potest Capessentib⁹ aūt rempublicā nihil minus q̄ philosophis haud scio
an magis etiā et magnificentia et despicientia adhibenda sit rerū hūanarū
quā sepe dico et tranquillitas animi atq; securitas . Siquidem nec angi si
mul sunt et cū grauitate : pstantiaq; victum : quo eo facilior sunt philoso
phis quo minus patet multa in eorū vita que fortuna feriat : et quo min⁹
multis reb⁹ egent et quia si quid aduersi eueniat tā graviter cadere nō pos
sunt . Quo circa nō sine causa maiores motus animorū cōcitantur : maiorq;
efficiendi/rempublicā gerentibus q̄ quietis quo magis his et magnitudo
animi est adhibenda et vacuitas et ab angoribus Ad rem gerendā aūt qui
accedit : caueat ne id modo cōsideret quā illa res honesta sit : sed etiam ve
habeat efficiendi facultatē . In quo considerandū est ipso ne aut temere de
spere propter ignauiā : aut nimis confidat propter cupiditatem In om
nibus aūt negocijs prius q̄ aggrediare adhibenda est preparatio diligens.

¶ Disputatio qua ostenditur res vrbanas maiores esse delectationis et rogatorum consilia/imperatoris laudi preponi .

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-bsb10139151 6-4
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Sed cū plerique arbitrentur res bellicas maiores esse q̄ vrbanas/ minuenda est hec opinio/ multi enim bella quesiuerunt propter glorie cupiditatē/ atq; in magnis animis ingenijsq; id plerūq; contingit. eoq; magis si sunt ad rem militarē apti et cupidi bellorū gerendorū/ Vere aūt si volumus iudicare multe res extiterunt vrbane maiores clarioresq; q̄ bellice/ Quāuis enī themistocles iure laudet/ et sit eius nomē q̄ Solonis illustrius/ citeturq; salaminis. clarissime testis victorie q̄ ante ponat cōsilio solonis eius qui primū cōstituit ariopagitas. nō minus preclarū hoc q̄ illud iudicandū est Illud enī semel pfuit: hoc semp pderit ciuitati. hoc cōsilio leges atheniensiū: hoc maiorū instituta seruantur. Et themistocles quidem nihil dixit in quo ipse ariopagū adiuuerit: at ille adiuuit Themistoclē. est enī bellū gestū cōsilio senatus eius qui a Solone erat cōstitutus: Licet tadē de pausania lysandroq; dicere. Quorū rebus gestis quanq̄ imperium lacedemonij dilatatū putat/ tū minima quidē ex parte lycurgi legibus et disciplinę cōferende sunt: quin etiā ob has ipsas causas ꝛ paratiores habuerūt exercitus et fortiores Mihi quidē neq; (pueris nobis). M. Scaurus. C. mario (neq; cū versaremur et in repu.) Quintus catullus Gneo Pompeio cedere videbant: parua enī sunt foris arma nisi est ꝯsiliū domi. Nec plus Africanus singularis et vir imperator in excidenda Numantia reipublice profuit/ quā eodem tpe. P. nasica priuatus cum tyberiū grachum interemit. Quanq̄ hec quidem res non solum ex domestica est ratione Attingit enim et bellicam. quoniā vi manuq; confecta est: sed tū idipsū gestum est consilio vrbano sine exercito: Illud aūt optimum est in quo inuadi solere ab inuidis et improbis/ me audio. Cedant arma toge: concedat laurea



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/51 7-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



aliquando ante constituere quid accidere possit in vtramq; partē: et quid agendū sit cū quid euenerit. nec cōmittere aliquid vt aliqñ dicēdū sit/non putarem. Hec sunt opera magnanimi et excelsi et prudentia consilioq; fidentis. Temere autem in acie versari et manu cum hoste confligere/immane quiddā et beluarū simile est Sz cū temp⁹ necessitasq; postulat decertandum manu est: et mors seruituti turpitudiniq; anteponenda.

¶ Officium imperatoris in bello vrbeq; euertenda diripiendaq;.

De euertendis aūt diripiendisq; vrbibus valde illud considerandū est/ne quid temere ne quid crudeliter fiat/Idq; est viri magnanimi rebus agitatis punire sontes: mlritudinē cōseruare/in oī fortuna recta atq; honesta retinere vt eñ sunt quēadmodū supra dixi: qui vrbanis rebus bellicas anteponūt/sic reperies multos quibus periculosa ⁊ callida concilia/quietis cogitationibus/et splendidiora et maiora videantur/Nunq̄ omnino periculosa fuga cōmittenduz est: vt imbelles timidiq; videamur Sz fugiendū etiam illud. ne offeramus nos periculis sine causa/quo nihil potest esse stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorū est/qui leuiter egrotantes. leuiter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Quare intranquillo tempestatez aduersam optare dementis est. subuenire autē tempestati q̄uis ratione sapientis. eoq; magis si plus adipiscare re explicata boni: quam ad dubitata.

¶ Diuidit actiones que afferunt periculum et docet quid agendū sit.

Periculose aūt rez actiōes: ꝑtim his sunt q̄ eas suscipiūt: ꝑtim reip. Itē alij de vita alij de gl̄ia ⁊ bñuolētia ciuiū ī discrimē vo-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/51 9-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



cantur / Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula quam ad cõmu-
nia dimicareque paratius de honore et gloria : quam de ceteris cõmodis / Inuen
ti aũt multi sunt : qui non modo pecuniã : sed vitã etiam profundere pro pa
tria parati essent / Idem glorie iacturã : ne nimiã quidẽ facere vellent : ne
republica quidẽ postulante / vt Callicratides : qui cum Lacedemoniorũ dux
fuisset peloponesiaco bello / multaque fecisset egregie vertit ad extremũ oĩa /
cũ consilio non paruit eorũ qui classem ab arginusses remouenda : ne cum
Atheniensibus dimicandũ putabãt / Quibus ille tñdit Lacedemonios classe
illa amissa aliã parare posse : se fugere sine suos dedecore non posse / Atque
hec quidẽ lacedemoniis plaga mediocris : fuit illa pestifera : qua cũ Cleon
brotus inuidiã timens temere cũ Epaminunda cõflixisset lacedemoniorũ
opes corruerunt : Quãto Quintus maximus melius de quo Eunius Vnus
homo nobis cunctando restituit rem. Non ponebat enim rumores ante sa-
lutem. Ergo postquam : magisque viri nunc gloria claret. Quod genus peccandi
vitandum est etiam in rebus vrbanis. Sunt enim qui quod sentiunt etiam
si optimum sit : tamen inuidie metu non audent dicere ;

¶ Officia illorum qui rempublicam gerunt.

o Mnino qui reipublice prefuturi sunt : duo Platonis precepta
teneant : vnũ vt vtilitatẽ ciuium sic tueant vt quicquid agunt
ad eam referant obliti comodorũ suorum. Alterũ vt totũ corpus reipublice
curent : ne dũ partẽ aliquã tuentur : reliquas deserant Vt enim tutela (si pro
curatio reipublice) ad vtilitatẽ eorũ q̃ cõmisse sunt : nõ ad eorã quibus com
missa est : gerenda est. Qui aũt parti ciuiũ cõsulunt : partẽ negligunt rem
perniciosissimam in ciuitatem inducunt : seditionem atque discordiam. Ex

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bsb:20-25a1019/520-7
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



quo eueniat: vt alij populares: alij studiosi: optimi cuiusq; videamur pauci
universi: Hic apud athenienses magne discordie orte in nostra republica
ea nō solū seditiones: sed pestiferā etiā bella ciuilia. Qui grauis et fortis
ciuis in republica dignus principatu fugiet atq; oderit tradetq; se totū rei
publice. Neq; opes aut potentiam cōsectabitur: totaq; ram struebit: vt
eius consulat. nec vero criminibus falsis in odiū: aut inuidiam quemq;
vocabit. Diuino itaq; iusticie honestatiq; adhereret vt dum eā conseruet
quis grauiter offendat: mortem opperiat potius q; deserat illa que dixi.

¶ Ambitio.

m Sſerrima est omnino ambitio honorū q̄ petentio / de qua pclare
apud eundē est Platonē similiter facere eos qui inter se cōtende-
rent vter potius remp. administret / vt si nauem certarēt: quis eo potiſſi-
mū gubernaret / ideq; pcipit. vt eos aduersarios existimem⁹ q̄ arma contra
ferant / nō eos q̄ suo iudicio tueri rēpu. velint / qualis fuit inter P. aphrica-
nū et Q. metellū sine acerbitate dissensio nec vo audiēdi sunt qui grauiter
ascendū inimicio putabūt / idq; magnanimi et fortis viri esse existimāt / Ni
hil enī laudabilius nihil magno et pclaro vo digni⁹ placabilitate atq; clemē-
cia / Inlibert vo populis et inimicis ea libertate egredi a est facilitas et alacrita-
ni que de / nec si inascamur aut intrepestiue accedētib⁹ / impudēter roganti
bus ignoscere inutile et odiosa: incidam⁹ / Mtūta pbanda ēmansue
tudo atq; clemētia: vt adhibeat reip. cā severitas sine qua administrari ci

¶ Officium illius qui in alios animaduertit. Cuitas non potest.

o Mnis aūt et animaduersio: et castigatio cōmunia vacare debet /
neq; ad eius: q̄ puniet aliquem aut verbis castigat sed ad reipu.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-35a1039/52 1-1
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



natis sepulchro ipse est parens indecorū videret. q̄ eos fuisse iustos accepimus/ At atreo dicēte plausus excitantur. eni digna persona oratio. Sed poete quid quemq; deceat: ex persona iudicabunt. Nobis aūt personam imposuit ipsa natura / magna cū excellentia prestantiaq; animantiū reliquorū. Quo circa poete in magna varietate personarū etiā viciosis quid conueniat et deceat videbunt? Nobis aūt cum a natura cōstantie moderationis: temperantie: verecūdie partes date sint / cumq; eadē natura doceat nō negligere quēadmodū nos aduersus homines geramus: efficit vt et illud quod ad omnē honestatem pertinet decoruz q̄ late fusum sit appareat et hoc q̄ spectatur in vnoquoq; genere virtutis. Vt enim pulchritudo corporis apta cōpositionē membrorū: mouet oculos et delectat hoc ipso/ q̄ inter se omnes partes cū quodā lepore consentiunt/ sic hoc decorū quod elucet in vita mouet approbationē eorū quibus cum viuitur / ordine et cōstantia moderatione dictorū omniuz atq; factorū / Adhibenda est igitur quedā reuerentia aduersus homines et optimi cuiusq; et reliquorū / Nam negligere quid de se quisq; sentiat / nō solum arrogantis est sed etiam omnino dissoluti / Est aūt quod differat in omni ratione habenda inter iusticiam et verecundiam. Iusticie partes sunt non violare homines / verecūdie non offendere / In quo maxime perspicitur vis decori / his igit̄ expositis quale si id quod decere dicimus intellectum puto.

¶ Via officij quod a decoro manat et vtilitas:

Officium aūt quod ab eo ducitur: hanc primū habet viā que deducit ad cōuenientiā conseruationemq; nature / Quā si sequemur ducem nunq̄ aberrabimus. Sequemurq; et id quod acutum et per-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103952 5-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Liber Primus

spicax natura est: et id quod ad hominū consociationē accōmodatuz et id quod vehemens atq; forte: sed maxīa vis decori in hac inest parte: de qua disputam⁹. Neq; em̄ solum corpis q̄ ad naturā apti sunt: sed multo etiam magis animi motus probandi: qui item ad naturam accommodati sunt.

¶ Diuidit motus animorū. docens appetitū debere parere rationi.

b Vplex est em̄ vis animorū atq; natura Vna ꝑs in appetitu posita est: que greece: que hominē huc et illuc rapit Altera in ratione: que docet et explanat quid faciendū fugiendūq; sit/ita fit: vt ratio presit: appetitus vero obtemperet/omnis aūt ratio vacare debet temeritate et negligentia/ Nec vero agere quicq̄ cuius non possit causaz ꝓbabilē reddere. Hec est em̄ fere descriptio officij/ Efficiendum autem est vt appetitus rationi obediant/eamq; neq; precurrant/nec ꝓpter pigriciam: aut ignauiam deserant/sintq; tranquilli: atq; omni perturbatione animi careāt Ex quo elucebit om̄is constantia om̄isq; moderatio Nā qui appetitus longius euagant̄: et tanq̄ exultantes siue cupiendo siue fugiendo nō satis ratione retinent̄/hi sine dubio finē et modū transeunt. relinquū enim et abijciunt obedientiā: nec rationi parent: cuisunt subiecti lege nature. A quibus non mō ani perturbantur: sed etiā corpora. licet ora ipsa cernere iratorū: aut eorū qui aut libidine aliqua: aut metu commoti sunt. aut voluptate nimia gestiunt Quorū omniū vultus: voces motus: statusq; mutantur. Ex quibus illud intelligitur (vt ad officij formā reuertamur) appetitus omnes contrahendos: sedandosq;. excitandamq; esse animaduersionē et diligentiā: vt ne quid temere/ ac fortuitu: incōsiderate: negligenterq; agam⁹ Neq; em̄ ita gn̄ati a natura sum⁹: vt ad ludū et iocum fa-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019/526-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



eti esse videamur / sed ad seueritatē potius et ad quedā studia grauiora atq; maiora. Ludo aūt et ioco: illis quidē vt licet: ꝑ sicut somno et quietibus ceteris: tū cū grauibus serijsq; rebus satisfecerimus. Ipsumq; genus iocandi nō ꝓfusum: nec immodestum: sed ingenuum et facetū esse debet. vt enim pueris non omnē licentiā ludendi damus: sed eam que ab honestatis actionibus nō sit aliena: sic in ipso ioco aliqđ ꝓbi ingenij lumē eluceat.

¶ Duplex iocandi genus.

Duplex oīno est iocādi genus. Vnū illiberale petulans. flagitiosū obscenū. alterum elegans vrbanū: ingenuosum: facetum. Quo genere nonnodo plautus noster: et atticorum antiqua comedia sed etiam philosophorum socraticorum libri referti sunt. Multaq; multorum facete dicta: vt ea que a sene Catone sunt collecta: que vocant Facilis igitur est distinctio ingenij et illiberalis ioci. Alter est si tēpore fiat ac remisso animo homine dignus. Alter ne libero quidem si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas.

¶ Quomodo ludendum sit.

Ludendi etiā est quidē modus retinendus. vt ne nimis oīa ꝓfundamus: elatiq; voluptate in aliquam turpidinē dilabamur. Suppeditant aūt et cāpus noster: et studia venādi: honesta exēpla ludēdi.

¶ Qua ratione officium qđ a decoro manat inuenitur.

Sed ꝑtinet ad oīes officij questionē sꝑ in ꝓmptu habere quam cū natura hominis pecudibus reliquisq; bestijs antecedat. Ille eīm nihil sentiūt nisi voluptatē ad eāq; feruntur toto impetu. Hoīs autē mens discendo alitur: et cogitando / semper aliquid: inquirit: aut agit:

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1019527-5
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



videndiq; et audiendi delectatione ducũ. Quinetiã si quis est paulo ad vo
luptates ꝓpensior (caueat mõ ne sit ex pecudũ gñe. Sũt em̃ quidã hoĩes
non te sed nomie. Sed si quis est paulo erectior) quis voluptate capiatur
occultat et dissimulat/appetitũ voluptatis propter verecundiã/Ex quo
intelligitur corporis voluptatẽ non satis esse dignam hominis p̃stantia:
eamq; cõtemni et reijci oportere/Sin sit quispiam qui aliquid tribuat vo-
luptati diligenter sciat ei tenendum esse modũ eius fruende/ Itaq; victus
cultusq; corporis ad valitudinẽ referantur et ad vires non ad voluptatem
Atq; etiã si considerare volum⁹/que sit in natura hoĩs excellentia et digni-
tas/intelligimus quã sit turpe defluere luxuria/et delicate ac molliter vi
uere: q̃ que honestum: parce: continenter: seuere sobrieq;.

¶ Varietas animorum et diuerse qualitates.

Intelligendũ est etiã duab⁹ quasi nos a natura indutos esse per-
sonis/ Quarũ vna est cõmunis ex eo q̃ om̃es participes sumus
rationis p̃stantieq;/eius qua antecellim⁹ bestijs/a qua om̃e honestũ deco
rũq; trahitur/et ex qua ratio inueniendi officij exquiritur/ Altera aũt que
ꝓprie singulis est attributa Vt em̃ corpibus magne dissimilitudines sunt/
Alios em̃ videmus velocitate ad cursum: alios viribus ad luctandũ va-
lere Itemq; in formis alijs dignitatẽ inesse. alijs venustatem/sic et in ani-
mis existunt etiã maiores varietates. Erat in L. Crasso et in L. Philip-
po multos lepos: maior etiã magisq; de industria in C. Cesare. Lucij fi-
lio. At hijsdem ẽpibus in M. Scauro et in M. Druso adolescente singu-
laris seueritas/in C. Lelio multa hilaritas in ei⁹ familiari Scipione am-
bitio maior: vita tristior/de grecis aũt dulcem et facetũ festiuiq; sermonis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9/52 8-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



atq; in omni oratione simulatorum quem accepimus. Cōtra pythagoram et Periclē summā auctoritatē consequutos sine vlla hilaritate callidum Hannibalē ex penorū ex nostris ducibus Quintū Maximū accepimus facile celare: tacere: dissimulari: insidiari: preripere hostiū cōsilia. In quo genere greci Themistoclē Atheniensem et Phereū Jasonē ceteris anteponunt / in primisq; versutū et callidum factū / Solonis: qui quo et tutior vita eius esset: plus aliquanto reipub. prodesset furere se simulauit Sunt his alij multū dispares / simplices et aperti / qui nihil ex occulto / nihil ex insidijs agendum putant veritatis cultores fraudis inimici / Itē alij: qui deseruiant dū qd velint cōsequantur vt Sillā et M. Crassuz videbamus / Quo in genere versutissimū et pacientissimū Lacedemoniū Lisandrū accepimus / Contraq; Callicratidē / qui prefectus classis proximos post Lisandrum fuit / Itemq; in sermonibus aliū quemq; (quis prepotens sit) efficere: vt vnus de multis videatur / Qd in Catullo et in patre: et in filio: idemq; in Qu. Mutio nomātino vidimus Audiui ⁊ ex maioribus natu hoc idem fuisse in P. Scipione nasica / Contraq; patrē eius Sillam qui Tiberij Grachi conatus perditos vindicauit / nullā comitatē habuisse sermonis / Necnon Xenocratem quidem seuerissimū philosophorum: ob eam que rem ipsaz magnū: clarūq; fuisse innumerabiles alie dissimilitudinis sunt nature: morūq; minime tñ vituperādorū / Admodū aūt tuenda sunt sua cuiq; nō viciosa: sed tñ ꝓpria / quo facilius decorū illud qd querimus retineatur. Sic em̄ est faciendum / vt contra naturam vniuersam nihil contendamus / ea tamen seruata propriam naturam consequamur / vt etiā si sint alia grauiora: atq; meliora

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a1039529-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



omnib⁹ gentib⁹ cōstituta est expers esse debet glorie eius imꝑatoris atq; ei⁹ exer-
citus qui cōsilio ei⁹ atq; ꝑiculo est cōstitut⁹? an Cn. Falci. Qu. Metel. Qu. Celi⁹
Latiniēsis. Cn. Lentulus quos oīs honoris causa nomino cū. tr. pl. fuissent anno
ꝓximo legati esse potuerūt. in hoc vno Gabinio sunt tam diligentes qui in hoc
bello qd lege Gabinia gerit in hoc imꝑatore atq; exercitu quē ꝑ se ipse constituit
et ꝑcipuo iure esse deberet de quo legādo cōsules spero ad senatū relaturos qui si
dubitabūt: aut grauabunt ego me ꝓfiteor relaturū neq; me īpediet ei⁹ Quirites



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9640-3
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



iniquū edictū quo minus fretus vobis vestrū ius beneficiūq; defendā. neq; preter
intercessionem quicq̄ audeā: de qua vt arbitror vt isti ipsi qui minant etiā atq;
etiā quid liceat cōsiderabūt. mea quidē sentētia Quirites vnus Aulus Ga. belli
maritimi rerūq; gestarū Cn. Pō. ascribit. ꝓpterea qđ alter illud bellū suscipiendū
vestris suffragijs detulit: alter delatū susceptūq; cōfecit. Reliquū est vt de Qu.
Catuli auctoritate et sentētia dicendū esse videat: qui cū ex vobis quereret si in
vno Cn. Pō. oīa poneretis: si quid de eo factū esset: in quo spē essetis habituri
cepit magnū sue virtutis fructū ac dignitatis cū oēs ꝓpe vna voce in eo ipso vos
spē habituros esse dixistis. Et eñ talis est vir vt nulla res tanta sit ac tam diffi-
cilis quā ille nō et cōsilio regere et integritate tueri: et virtute cōficere posset. Sed
in hoc ipso ab eo vehemētissime dissentio. q̄ quo min⁹ certa est hoīm ac minus
diuturna vita hoc magis resp. dū ꝑ deos immortales licet frui debet summi ho-
minis vita atq; virtute. atenī inquit noui nihil fiat. cōtra exempla atq; instituta
maiorū nō dico hoc loco maiores nostros semꝑ in pace cōsuetudini. In bello vti
litati paruisse semꝑ ad nouos casus tꝑm nouorū cōsiliorū rōnes accomodasse.
Non dicā duo bella maxima Punicū et Hispaniense ab vno imꝑatore esse con-
fecta: duas vrbes potētissimas que huic imꝑio maxime minabant. Carthaginē
atq; Numantiā ab eodē Scipione esse deletas. Nō cōmemorabo nuꝑ ita vobis
patribusq; vestris esse visum: vt in vno. C. Mario spes imperij poneretur: vt
idem cū Jugurtha: idem cū Cimbris: idem cū Theutonis bellū administraret.
in ipso Cn. Pom. In quo noui constitui nihil vult. Qu. Catulus q̄z multa sint
noua summaq; Catuli voluntate constituta recordamini. Quid tam nouum q̄z
adolescentulū priuatū exercitū difficili Reip. tꝑe Sylle conficere? cōfecit huic p̄-
esse: etiam prefuit rem optime ductu suo gerere gessit: quid tam preter consue-
tudinē q̄z homini ꝑadolescenti: cui a senatorio gradu etas longe abesset imperiū
atq; exercitum dari? Siciliam permittit: atq; Africam: bellumq; in ea admi-
nistrandū. fuit in his ꝓuincijs singulari innocentia: grauitate: virtute: bellū in
Africa maximū cōfecit: victorem exercitū deportauit. quid vero tam inauditū q̄z

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



equitem ro. triũphare? at eã quoq; rem Po. Ro. nõ modo vidit: sed etiã studio
omni visendã putauit. Quid tam inusitatũ q̃z cũ duo cõsules clarissimi fortissi-
miq; essent: eques Ro. ad bellũ maximũ formidolosissimũq; ꝓ consule mitteret
missus est. Quo quidẽ tpe cũ esset nõ nemo in senatu qui diceret nõ oportere mitti
hoĩem priuatũ ꝓ cõsule. L. Philippus dixisse dicit nõ se illũ ꝓ sua sentẽtia ꝓ cõ
sule: sed ꝓ cõsulibus mittere. Tanta in eo Reip. benegerẽde spes cõstituebatur:
vt duorũ cõsulũ munus vni⁹ adolescẽtis virtuti cõmitteret. Quid tam singulare
q̃z vt ex. S. C. legib⁹ solutus cõsul ante fieret: q̃z vllũ aliũ magistratũ ꝑ leges ca
pere licuisset? quid tam incredibile q̃z vt iterũ eques Ro. ex. S. C. Triumpharet.
que in omnibus hominibus noua post hominum memoriam cõstituta sunt: ea
tam multa non sunt: q̃z hec que in hoc vno homine videmus. Atq; hec tot exem
pla tanta ac tam noua perfecta sunt in eundẽ hominẽ a Qu. Catulo: atq; a ce-
terorũ eiusdem dignitatis amplissimorũ hominũ auctoritate. quare videãt ne sit
periniquũ: et nõ ferendũ illorũ auctoritatẽ de Cn. Pom. dignitate a vobis cõpro
batam semꝑ esse. Vim ab illis de eodem homine iudiciũ po. q; ro. auctoritatẽ im
probari p̃sertim cũ iam suo iure po. ro. in hoĩe suam auctoritatẽ: vel cõtra oẽs:
qui dissentiunt possit defendere: ꝓpterea q̃ istis reclamantib⁹ vos vnũ illũ ex
om̃ib⁹ delegistis quẽ bello p̃donũ p̃poneretis: h. c. s. vos temere fecistis: et Reip.
parũ cõsuluistis: recte isti studia vestra suis consiliis regere conant: sin aũt vos
plus tum in rep. vidistis: vos his repugnantib⁹ ꝑ vosmetipsos dignitatẽ huic
impio: salutẽ orbi terrarũ attulistis aliqñ isti principes: et sibi et ceteris po. ro.
vniuersi auctoritati parendũ esse fateant: atq; in hoc bello Asiatico et regio non
solum militaris illa virtus. que est in Cn. Pom. singularis: sed alie quoq; virtu-
tes animi multe sunt: et magne requirunt. Difficile est in Asia Cilicia Syria re-
gnisq; interiorum nationũ: ita versari vestrũ imperatorem: vt nihil aliud q̃z de
hoste ac laude cogitet. Deinde etiã si qui sint pudore ac temperãtia moderatiores
tamen eos esse tales propter multitudinem hominũ cupidorũ nemo arbitratur.
Difficile est dictu Quirites quanto in odio sumus apud exteras nationes ꝓpter

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9642-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



grauitatem esse cognoscitis. Est. C. Cassius integritate : virtute : constantia sin
gulari : quare videte vt horum auctoritatibus illorum orationi : qui dissentiunt
respondere posse videamur. que cum ita sint. C. Manili primū istam tuā et legē
et voluntatē et sententiā laudo : vehemētissimeq; cōprobro. Deinde etiam hortor
vt auctore. P. R. maneas in sententia neue cuiusq; vim aut minas pertimescas
primū in te satis esse animi cōstantieq; arbitror. Deinde cum tantā multitudinē
cum tanto studio adesse videamus : quantā nō iterū in eodem homine p̄ficiēdo
vidimus : quid est : qd̄ aut de re aut de p̄ficiendi facultate dubitemus ? Ego aūt
quicquid in me est : studij : consilij : laboris : ingenij : quicquid hoc beneficio.
po[illegible] atq; hac potestate p̄toria : quicquid auctoritate : fide : cōstantia possum :
id omne ad hanc rem cōficiendam tibi et Po. Ro. polliceor : ac defero. Testorq;
omnes deos : et maxime eos : qui huic loco temploq; president : q̄z omniū mētes
eorum qui ad Remp. adeunt maxime p̄spiciūt me hoc neq; rogatu facere cuiusq;
neq; quo. Cn. Pom. gratiā mihi p̄ hanc causam cōciliari putem : neq; quo mihi
ex cuiusq; amplitudine aut presidia periculis : aut adiumenta honorib⁹ querā :
ꝓpterea q̄ pericula facile : vt hominē prestare oportet innocentia tecti pellemus
honorem autē neq; ab vno neq; ab hoc loco : sed eadē nostra illa laboriosissima
ratione vite si vestra voluntas feret consequemur. Quamobrem quicquid in hac
causa mihi susceptum est querites : id omne causa Reip. suscepisse confirmo.
Tantūq; abest : vt aliq̄z bonam gratiā mihi quesisse videar : vt multas etiam
simultates partim obscuras partim apertas intelligatis mihi non necessarias
vobis non inutiles suscepisse : sed ego me hoc honore preditū tantis vestris bene-
ficijs affectum statui quirites vestram voluntatē et Reip. dignitatē et salutē p̄-
uinciarū atq; sociorū meis omnib⁹ cōmodis et rationibus preferri oportere.

Finis.

¶ Impressum Lipsick/per Vuolffgangū Monacen. 1513

[Stoeckel]

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103964 4-4
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Marci Tullij Cicero-
nis pro Rege Deiotaro Oratio.

Germanae Iuuentuti bonarum artium studiosae Hermānus Tulichus.

Ingenuo flagrans studio Germana Iuuentus
Nobile scriptorum sedula volue genus
Quod neq; deformat rudis & dānata vetustas
Quod neq; sordidula præ nouitate tacet
Vt perhibent vulgo, medium cum laude tenebis
Quod nimis, id merito carpere quisq; potest
Nemo quidem sanæ miratur desita mentis
Nemo recens, nimia quod leuitate scatet
Moribus antiquis, pręsentibus vtere verbis
Non, quibus Aeuandri dicitur vsa parens
Prisca tamen grato renitescunt lumine verba
Si penitus longa non periere mora
Quod nouitate placet, nec rerum pondere constat
Reijce, ne quidquam non didicisse voles
Est graue, nec cuiquam satis enarrabile damnum
Temporis, exactum quod reparare nequis
Id precor expendas in amatæ Palladis vsum
Quę nihil admistę rusticitatis habet
Vnde tibi, patulo quo nil est pulchrius orbe
Prouenit æterno nomine clarus honor
Quod tibi Romanæ parient spectata Mineruæ
Lumina, quæ nunquam non imitanda liquet
Martia grandiloquo scripturus gesta parati
Exprime Lucanum Virgiliumq; stilo
Imparibus teneros numeris lusurus amores
Nasonis faciles volue reuolue modos
Scęnica sublimi posituro facta cothurno
Quid melius Seneca lingua latina dabit?
Nil salibus Plauti, nil gratius arte Terentij
Inuenies, soccus si tibi forte placet
Mollia Bilbiacus vates epigrammata fecit
Quem pete, si studio duceris ipse pari
Historias fausto meditanti condere ductu
Liuius a Crispo primus, amandus erit
Optimus eloquij Cicero est auctorq; parensq;
Quem bene dicendi delige quæso ducem
Hoc grauius nihil est, nihil est hoc purius vno
Nil melius, latiæ si tibi cura phrasis
Hunc lege seu propria splendescat lampade Phœbus
Seu renitens alio victitet orbe soror.

Τελος.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



tus vt is qui Senatui parere dedicisset. Postremo venit vt ad fugientẽ, nõ
ad insequentem, ideſt ad periculi non ad victoriæ ſocietatem. Itaq; Phar
ſalico prælio facto a Pompeio diſceſſit, ſpem inſuperã perſequi noluit, vel
officio, ſi quid debuerat, vel errore, ſi quid neſciebat, ſatisfactũ eſſe duxit, e
domum ſe contulit, tecq; Alexandrinum bellum gerente, vtilitatibus tuis
is paruit. Ille exercitum Cn. Domitii amplissimi viri, ſuis rectis & co
piis ſuſtentauit. Ille Ephesũ ad eũ quẽ tu ex tuis fidelissimũ & probatissimũ
omnibus delegisti, pecuniam miſit. Ille iterum, ille tertio auctionibus fas
tis pecuniam dedit qua ad bellum vteretis. Ille corpus ſuum periculo ob
iecit, tecumq; in acie contra Pharnacem fuit, tuumq; hoſtem eſſe duxit
ſuum. Quæ quidem a te in eam partem accepta ſunt Cæſar, vt eũ amplis
simõ Regis honore & nomine afficeris. Is igitur non modo a te periculo
liberatus, ſed etiam honore amplissimo ornatus arguitur domi te ſuæ in
terfecere voluiſſe, quod tu (niſi cum furioſissimũ iudicas) ſuſpicari profe
cto non potes. Vt enim omittam, cuius tanti ſceleris fuerit in conſpectu
deorum penatium necare hoſpitem, cuius tantæ importunitatis omnium
gentium atq; omnis memoriæ clarissimum lumen extinguere, cuius tan
tæ ferocitatis victorem orbis terrarum non extimeſcere, cuius tam inhu
mani & ingrati animi, a quo Rex appellatus eſſet, in eum Tyrannũs inue
niri. Vt hæc omittam, cuius tanti furoris fuit, omnes Reges quorũ mul
ti erant finitimi, omnes ſocios, omnes liberos populos, omnes prouin
cias, omnia denique omnium arma, contra ſe vnum excitare? Quonam il
le modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum clarissimo filio diſtra
ctus eſſet, tanto ſcelere non modo perfecto, ſed etiam cogitato? At credo
hæc homo inconſultus & temerarius non videbat? quis conſideratior illo?
quis rectior? quis prudentior? quãquã hoc loco Deiotarũ nõ tam ingenio
& prudentia, quã fide & religione vitæ defendendum puto. Nota tibi eſt
hominis probitas C. Cæſar, noti mores, nota conſtantia. Cui porro (qui
modo Populi Romani nomen audiuit) Deiotari integritas, grauitas, vir
tus, fides, non audita eſt? Quod igitur facinus nec in hominem imprudẽ
tem cadere poſſet, propter metum præſentis exitij, nec in facinoroſũ: niſi
eſſet idem amentissimꝰ: id vos & a viro optimo & ab homine minime ſtul

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



to cogitatũ esse confingitis? At quã nõ modo non credibiliter sed ne suspitiose quidem. Cum (inquit) in castellum Luceium venisses, & domum regis hospitis tui diuertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita quibus te Rex munerare constituerat, huc te e balneo priusq̃ accumberes ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur Regem fugitiuus, dominum seruꝰ accuset? Ego me hercule Cæsar initio cum est ad me ista causa delata Philippum medicum seruũ regium, qui cum legatus missus esset ab ipso adolescente existimaui esse corruptum, hac suspitione sum perculsus, Medicum indicem subornauit, fingit videlicet aliquod crimen veneni, & si a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorrebat Quid ait medicus? Nihil de veneno. At id fieri potuit, primo occultius in potione vel cibo, deinde etiam impunius fit, quod cum est factum, negari potest. Sed si palam te interemisset, omniũ in se gentiũ non solum odia, sed etiam arma conuertisset, si veneno, Iouis illius quidem hospitalis numen nunq̃ cælare potuisset, hoĩes vero fortasse cęlasset Quod igit et occultiꝰ conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido & seruo (vt putabat) fideli nõ credidit? de armis, de ferro, de insidijs cælare te voluit. At quã festiue crimen contexitur Tua te (inquit) eadem quæ semper fortuna seruauit. Negauisti tum te inspicere velle, quid postea? An Deiotarus Rex illo tempore non perfecta re continuo dimisit exercitum? Nullꝰ erat alius insidiandi locus? At eodem te cum cęnauisses rediturum dixeras. Itaq; fecisti horam vnam aut duas eodem loco armatos, vt collocati fuerant, retinere magnum fuit, cum in conuiuio comiter & iucunde fuisses, tum illuc iuisti vt dixeras. Quo in loco Deiotarũ talem erga te cognouisti, qualis Rex Attalus in. P. Africanum fuit, cui magnificentissima dona (vt scriptũ legimus) vsq; ad Numantiã misit ex Asia, quæ Africanus inspectante exercitu accepit. Quod cum præsens Deiotarus regio & animo & more fecisset, tu in cubiculum discessisti. Obsecro Cæsar repete temporis illius memoriam, pone illum ante oculos diem, Vultus hominũ te intuentium atq; admirantium recordare. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? nunquid nisi moderate, nisi quiete, nisi ex hominis grauis-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



simi & sanctissimi disciplina. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere? In posterum (inquit) diem distulit, vt cum in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret. Non video causam loci mutandi, sed tamen acta res criminose est, cũ inquit mouere te post cœnã velle dixisses, in balneum te ducere cœperũt, ibi enim erant insidiæ. At te eadem illa fortuna tua tunc seruauit. In cubiculum te ire malle dixisti. Dij te perdant fugitiue, ita non modo nequã & improbus, sed fatuus & amens es. Quid? ille signa ænea in insidijs posuerat, quæ e balneo in cubiculum transferri non possent? Habes crimina insidiarum, nihil enim dixit amplius, Horum (inquit) erã conscius, Quid tum? ita demens ille erat, vt eum quem conscium tanti sceleris haberet a se dimitteret? Romam etiam mitteret? vbi & inimicissimum sciret esse nepotem suum & C. Cæsarem cui fecisset insidias, præsertim cum is vnus esset, qui posset de absente se vindicare? Et fratres meos (inquit) quod erãt conscij, in vincula coniecit, Cũ igitur eos vinciret, quos secum habebat, te solutum Romam mittebat, qui eadem scires, quæ illos scire dicis. Reliqua pars accusationis duplex fuit, Vna est regem semper in speculis fuisse, cũ a te esset animo alieno, Altera exercitũ eũ contra te magnũ comparasse. De exercitu dicã breuiter vt cætera. Nunquã eas copias Rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum, Popu. Ro. posset, sed quibus fines suos ab excursionibus hostium & latrocinijs tueretur, & Imperatoribus nostris auxilia mitteret, Atq; antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest, At misit ad Cæliũ nescio quem, sed eos q̃s misit, q̃ ire noluerunt, in vincula coniecit. Nõ quæro quã verisimile sit, aut non habuisse Regem quos mitteret, aut eos qui missi essent, nõ paruisse, aut qui dicto audientes in tanta re non fuissent, eos vinctos potius q̃ necatos voluisse. Sed tamen cum ad Cælium mittebat, Vtrum causam illam victam esse nesciebat? An Cælium istum magnum hominẽ putabat? Quem profecto is qui optime nostros homines nouit, vel quia non nouisset, vel si nouisset contemneret? Addidit etiã illud, equites nõ optimos misisse, Veteres credo Cæsar nihil ad tuum equitatum, sed misit ex ijs q̃s habuit, electos, Ait etiam nescio quẽ ex eo numero seruũ iudicatũ, Nõ ar-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9.65.4-9
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

bitror, non audiui, sed in eo etiam si accidisset, culpam Regis nullã fuisse arbitrarer, Alterũ autem a te animo fuit, Quomodo? Quia speraui credo difficiles tibi Alexandriæ fore exitus, propter regionis naturam & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitum aluit, quæ Asiæ præfecteras, ei nulla in re defuit, tibi victori non solum ad hospitium, sed id periculum etiã atq; ad aciem præsto fuit. Secutum est bellum Africanũ, graues de te rumores sparsi, qui etiã furiosum filium Cæliũ excitauerũt, Quo tum erga te Rex animo fuit, qui auctionatus sit, sesecq; expoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare. At eo (inquit) tempore ipso Niceam Ephesumq; mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent, Itaq; cum esset ei nunciatum Domitium naufragio periisse, etiã te in castello circũsederi, de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia, qua etiã nos habemus Latinũ, Pereant amici, dum vna inimici intereant. Quod ille si esset tibi inimicissimus, nunquã tamen dixisset, Ipse enim mansuetus est, versus immanis. Qui autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? Tibi porro inimicus cur esset a quo cum vel interfici belli lege potuisset, Regem & se & filium suum constitutos esse meminisset? Quid deinde furcifer, quo progredi? Ait hac lætitia Deiotarum elatum vino se obruisse, in conuiuioq; nudũ saltauisse, Quæ crux huic fugitiuo potest satis supplicij afferre? Deiotarũ saltantẽ quis q̃ aut ebriũ vidit vnquã? Oẽs sunt in illo regiæ virtutes, q̃d te Cæsar ignorare non arbitror, sed præcipue singularis & admiranda frugalitas, Etsi hoc verbo scio laudari Reges non solere, frugi hominem dici, non multũ laudis habet in Rege, fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimũ, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regiæ laudes, illa priuata est, Vt velit quis q̃ accipiat. Ego tamen frugalitatem id est modestiã & temperantiam virtutem esse maximam iudico, Hanc in illo est ab ineunte ætate, tum a cuncta Asia, tum a Magistratibus Legatisq; nostris, tum ab Equitibus Ro, qui in Asia negociati sunt, perspecta & cognita. Multis ille quidem gradibus officiorum erga Rem, nostram ad hoc regium nomen ascendit, Sed tamen quicquid a bellis. P. R. vacabat, cum hominis bus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesq; iungebat, vt non so-

B

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



lum Tetracha nobilis, sed optim⁹ pater familias & diligentissimus agricola & pecuarius haberetur. Qui igitur adolescens nondũ tanta gloria preditus nihil vnquam nisi seuerissime & grauissime fecerit, is ea extimatiõe eaq; ætate saltauit? Imitari potius Castor aui mores disciplinãq; debebas, quam optimo & clarissimo viro fugitiui ore maledicere. Quod si saltatorem auum habuisses, neq; eum virum vnde pudoris pudicitiæq; exempla peterentur, tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conueniret, Quibus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat: non saltandi, sed bene vt armis, optime vt equis vteretur, ea tamen illum cuncta iam ætate exacta defecerant, Itaq; Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod hęrere in eo senex posset, admirari solebam⁹. Hic vero adolescens qui meus in Cilicia miles, in Græcia cõmilito fuit, cũ in illo nostro exercitu equitaret cũ suis delectis equitib⁹, quos vna cũ eo ad Põpeiũ pater miserat, quos cõcursus facere solebat, quã se iactare, quã se ostẽtare, quã nemini in illa cã studio & cupiditate cõcedere: Cũ vero exercitu amisso, ego qui pacis semper auctor fui, post Pharsalicũ autem prælium suasor fuissem armorum non deponendorũ, sed abijciendorum, hunc ad meam auctoritatem nõ potui reuocare, q; & ipse ardebat studio ipsius belli, & patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Fœlix ista dom⁹ Castoris, quæ non impunitatem solũ adepta sit, sed habeat accusandi etiam licentiam. Calamitosus Deiotarus qui & ab eo qui in ijsdẽ castris fuerit, non mõ a peregrinis apud te, sed etiã a suis accusetur, Vos vestra secunda fortuna Castor nõ potestis sine propinquorum calamitate esse contenti? Sint sane inimicitiæ quę esse non debebant, Rex em̃ Deiotarus vestrã familiã abiectã & obscurã e tenebris in lucem euocauit, Quis tuum patrem antea qui esset, quã cuius gener esset audiuit? Sed quamuis ingratę & impie necessitudinis homen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere, Esto concedatur hæc quoq; acerbitatis & odij magnitudo, Adeo ne, vt omnia vitæ salutisq; cõmunis atq; etiam humanitatis iura violentur? Seruũ solicitare verbis, spe premijsq; corrumpere, abducere domo, contra dominum armare, hoc est nõ vni propinquo, sed oibus familijs bellũ nefariũ indicere. Nã ista cor

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9.65 6-0
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



ruptela seruisi non modo impunita fuerit, sed etiã a tanta auctoritate approbata, nulli parietes nostram salutẽ, nullæ leges, nulla iura custodient, Vbi enim id quod intus est atq; nostrum impune euolare potest, cõtraq; nos pugnare, fit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus. O tempora, o mores, Gn. Domitius ille, quem nos pueri Consulẽ, Censorem, Põtificem maximum vidimus, cum Tribunus Pl. M. Scaurum principẽ ciuitatis in iudiciũ populi vocauisset, Scauriq; seruus ad eũ clam domũ venisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset, comprehendi hominem iussit, ad Scaurũq; deduci. Vide quid interfit, etsi inique Castorem Domitio comparo, Sed tamẽ ille inimico seruum remisit, Tu ab auo abduxisti, Ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti, Ille adiutorem seruum contra dominum repudiauit, tu etiam accusatorem adhibuisti. At semel iste est corruptus a vobis? Nonne cum esset perductus & cum tecũ fuisset refugit ad legatos? Nonne etiam ad hunc Gn. Domitium venit? Nonne audiente hoc Seruio Sul. clarissimo viro, qui tũ casu apud Domitium cœnabat, & hoc T. Torquato optimo adolescente se a te corruptũ, tuis promissis in fraudem propulsum esse confessus est? Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Iccirco in hanc vrbem venisti, vt huius vrbis iura & exempla corrũperes? domesticaq; tua inhumanitate nostræ ciuitatis humanitatem inquinares? At quam accusate collecta crimina? Blesamius, inquit, eius ẽ nomine optimi hominis nec tibi ignoti, maledicebat tibi. Ad Regem (inquit) scribere solebat te inuidio se Tyrannum existimari, Statua inter Reges posita animis hominum vehementer offensis, plaudi tibi non solere. Nonne intelligis Cæsar ex vrbanis maliuolorum sermũculis hæc abiectis esse collecta, Blesamius Tyrannum Cæsarem scriberet? Multorum enim ciuium capita viderat, multos iussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos, multas afflictas & euersas domos, Armatis militibus refertum forum, Quæ semper in ciuili victoria sensimꝰ, ea te victore non vidimus, Solus (inquã) es. C. Cæsar cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus, Et quẽ nos liberi in summa Reip. libertate nati non modo nõ Tyrannum, sed etiam clementissimum in victoria videmus ducẽ, Is Blesamio qui viuit in regno Tyrannus videri po-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



test? Nam de statua quis queritur, vna præsertim, cũ tam multas videat? Valde enim inuidendum est eius statuæ, cuius tropheis nõ inuidemus. Nã si locus affert inuidiam, nullus locus est ad statuã quidem rostris clarior. de plausu autem quid respondeam? qui nec desyderat⁹ vnquã a te est, & nõ vnquã obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est, & fortasse eo prætermissus, quia nihil vulgare te dignum videri potest. Nihil a me arbitror prætermissũ, Sed aliqd ad extremã causæ partẽ reseruatũ, Id ãt aliquid est, te vt plane Deiotaro reconciliet oratio mea, Nõ em̃ iam metuo ne tu illi succenseas, illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere, quod abest longissime mihi crede Cæsar, Quid enim retineat per te meminit, non quid amiserit, neq; se a te mulctatum arbitratur, sed cũ existimaret a multis tibi multa esse tribuenda, quæ minus assequi in altera parte potuisset, ea sumeres ab illo non recusauit. Etenim si Antiochus magnus ille Rex Asiæ, cum postea quã a Scipione deuict⁹ Tauroten⁹ regnare iussus esset, omnemq; hanc Asiã, quæ est nunc Prouincia nostra amisisset, dicere est solitus, benigne sibi a P. Ro. esse factum, q̃d nimis magna procuratione liberat⁹, modicis regni terminis vteretur, potest multo facilius se Deiotarus consolari, Ille enim furoris mulctã sustinuerat, hic erroris, omnia tu Deiotaro Cæsar tribuisti, cum & ipsi & filio nomen regium concessisti, Hoc nomine retento atq; conseruato, nullum beneficiũ Po. Ro. nullum iudicium de se Senatus imminutum putat, Magno animo & erecto est, nec vnquã succumbet inimicis, ne fortunæ quidẽ. Multa se arbitrat, & p: perisse antea factis, ⁊ habere ĩ animo atq; virtute, quæ nullo modo possit amittere. Quæ enim fortuna? aut quis casus? aut quæ tanta possit iniuria omnium Imperatorũ de Deiotaro decreta delere? Ab omnibus enim est ornatus, qui, postquã in castris esse potuit per ætatem, In Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt, Senatus vero iudicia de illo tam multa tanque honorifica, quæ publicis. P. R. litteris monumentisq; consignata sunt, quæ vnquã vetustas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio? Quid de virtute eius dicã? quid de magnitudine animi, grauitate, constantia? Quæ omnes docti atq; sapientes summa, quidã etiam sola bona esse dixerunt, ijsq; non modo ad bene sed etiã ad beate vi-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn de bvb 20-35a103 9.65 8-1
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

uendum contentam virtutem esse. Hæc ille reputans & dies & noctes cogitans, non modo tibi non succenset (esset enim non solum ingratus, sed etiam amens) verum omnem tranquillitatem & quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ, Quo quidem animo cum antea fuit, tum nō dubito quin tuis litteris quarum exemplum legi, quas ad eū Tarracone huic Belsamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnisq; solicitudine abstraxerit. Iubes enim eum bene sperare, & bono esse animo, qd scio te nō frustra scribere solere, Memini enim ijsdē fere verbis ad me te scribere, meq; tuis litteris bene sperare non frustra esse iussum, Laboro equidem Regis Deiotari causa, quo cum mihi amicitiam Resp. conciliauit, hospitiū voluntas vtriusq; coiunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam vero necessitudinem magna eius officia in me & in exercitum meum effecerunt, Sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus semel ignotū a te esse oportet, nec beneficium tuū in dubium vocari, nec hærere in animis hominum solicitudinem sempiternam, nec accidere vt quisquā te timere incipiat eorum, qui semel a te sint liberati timore, Nō debeo. C. Cæsar (quod fieri solet in tantis periculis) temptare, quonāmodo dicendo misericordiam tuam commouere possim, nihil opus est, Occurrere ipsa solet supplicib⁹ & calamitosis, nulli⁹ oratione euocata. Propone tibi duos Reges, & id animo cōtemplare quod oculis non potes, dabis profecto misericordiæ, quod iracundiæ negauisti, Multa sunt tuæ clementiæ monumenta, sed maxime eorum incolumitates, quibus salutē dedisti, Quæ si in priuatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in Regibus, Semper regium nomen in hac ciuitate sanctum fuit, Sociorū vero Regum & amicorum sanctissimum, quod nomen hi Reges ne amitterent te victore timuerunt, Retentum vero & a te confirmatum, posteris etiam suis tradituros esse confido. Corpora vero sua pro salute regū suorum hi legati tibi regii tradunt, Hieras & Belsamius & Antigonus, tibi nobisq; omnibus iā diu noti, eadēq; fide & virtute præditus Dorialus, qui nuper cum Hiera legatus est ad te missus, tū Regum amicissimi, tum tibi etiā probati vt spero. Exquire de Belsamio, nunquid ad Regem contra dignitatem tuam scripserit, Hieras quidem causam omnē suscipit & criminib⁹ il

B iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



MARCI TVLLII CICERONIS,

lis pro Rege se supponit reum, memoriam tuam implorat, qua vales plurimum, Negat vnquā se a te in Deiotari Tetrachia pedē discessisse, in primis finibus tibi se præsto fuisse dicit, vsq; ad vltimos prosecutum. Cum e balneo exisses, tecum se fuisse, Cum illa munera inspexisses cœnatus, cū in cubiculo recubuisses, eandemq; assiduitatē tibi se præbuisse postridie, Quamobrem si quid eorum quæ obiecta sunt cogitatum sit, non recusat, quin id facinus suum iudices, Quocirca C. Cæsar velim existimes hodierno die sententiam tuā, aut cū summo dedecore miserrimā pestem importaturam esse Regibus, aut incolumem famam cū salute, Quorum alterū optare aliorum crudelitatis est, alterum conseruare clementiæ tuæ.

M. T. Ciceronis oratio pro Rege Deiotaro finem habet Impressa inædib⁹ Lottherianis Anno a recōciliata diuinitate M.ccccc.xv.

M. Gregorius Coell. Aubanus Lectori S. D.

Hanc mihi consuetudinem iam fere biennium fuisse, lector Candissi. non ignoras, vt præter eas lectiones, quas ex Quintiliani aliorumq; institutiōib⁹ semp optimas tibi ꝓfestis negotiosisq; diebus legerā, aliā quandā sacris quoq; diebus: cum & diuinis rebus & otio tuo satisfecisses: quasi corollarium quoddam adiungerem, Ne per tempus omne: rē (vt Antiphō voluit) omniū in humanis carissimam: cessares & nihil plane ageres, Id q̄d potissimū in selectissimis q̄busdā M. Tullij Ciceronis oratiōib⁹ fecisse me semper, non es nescius, Extraq̄: quod priori æstate, cum tibi non infrequenti gratificaturus, carminum artem & breuem & non: vt spero: inutilē tradidi, quo in vtriusq; orationis facultate, si te non vsq; adeo præstantem, at certe non plane rudem discipulū atq; imperitum haberem. Cū vero, & in hac non parum fœlicem (vt ex quorundam exercitationibus cognoui) fructum te facere, atq; ad istas ipsas orationes, vt vnicum atq; locupletissimum studij tui quātulicunq; thesaurum: sępenumero respicere, & (amantium more) frequenter suspirare animaduerterem, contineri diutius, vel in maximis meis perpetuisq; laboribus non potui, quin nouam ex eodē Auctore orationem meis impensis imprimendā procurarē, qua vt stimulo, currentem te adigerem, & iam inde ab initio earundem orationum studio quodam tenus ardentem, nouo velut igne, totū inflammarē atq; incenderē. Id quod cum tuo & studio & diligentia: tum mea me opera: labore: sedulitate & fide assequuturum non dubitanter spero Vale, & Aubanum inter eruditionis politioris interpretes, vt infimū, ita forsan non indiligentissimū doctorē: vt soles amplectere, Datū ex Aubanęo.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Oratio pro M. Marcello.

Diuturni silentii P. C. quo eram his temporibus vsus: non timore aliq̃ sed partim dolore: partim verecundia: finem hodiernus dies attulit. Idem initiũ que vellem: que sentirem: meo pristino more dicendi dedit. Tantam enim mansuetudinem: tam in vsitatam inauditamq̃ clementiã tantum in summa potestate rerum omnium modum: tam deniq̃ incredibilẽ sapientiam ac pene diuinam tacitus nullo modo p̃terire possum. M. enim Marcello vobis P. C. Reiq̃ pu. reddito non solũ illius sed etiam meam vocem et auctoritatẽ et vobis ⁊ reip. conseruatã ac restitutam puto. Volebam eñ P. Ce. ac vehementer angebar: quum viderem virum talem qui in eadẽ causa esset: in qua ego fuissem: non in eadẽ esse fortuna. Nec mihi persuadere poteram: nec fas esse ducebam: versari me in vestro veteri curriculo illo emulo atq̃ imitatore studiorum ac laborum meorũ et quasi quodã socio et comite distracto. Ergo et mihi et mee pristine vite cõsuetudinẽ. C. Cesar interclusam aperuisti: et his omnibus ad bene de oñi Rep. sperandum quasi signũ aliquod sustulisti. Intellectũ est eñ mihi quidem in multis ⁊ maxime in me ipso et paulo ante in oñibus cũ M. Marcellũ Senatui reiq̃ pu. cõcessisti: cõmemoratis etiã presertim offensionib⁹ te auctoritatẽ huius ordinis dignitatemq̃ Reipu. tuis vel dolorib⁹ vel suspitionibus anteferre. Ille quidem fructũ omnis anteacte vite hodierno die maximũ cepit: cum summo cõsensu Senatus tũ preterea iuditio tuo grauissimo ⁊ maximo. Ex quo ꝓfecto intelligis quanta in dato bene fitio sit laus: cum in accepto tanta sit gloria. Est vere fortunatus ille cuius ex salute nõ minor pene ad oẽs q̃ ad illũ cui ventura sit: letitia peruenerit. Quodquidẽ ei merito atq̃ optimo iure cõti git. Quis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Pro M. Marcello.

iniustusq; ciuis qui armorū periculo liberatus : animū tñ retinet arma
tum : vt etiā illa sit melior q̄ in acie cecidit : q̄ qui in causa animā pro-
fudit. Que enī ꝑtinacia quibusdā : eadē aliis cōstantia fideri potest.
Sed q̄ iam oīs fracta dissensio est armis : extinctaq; equitate victo
ris : restat vt oēs vnum velint : qui hñt aliq̄d non solū sapientie : sed
etiā sanitatis, q̄ nisi te C. Cesar saluo etiam in ista sententia (qua cū
antea tū hodie maxīe vsus es) manēte : salui esse nō possum⁹. Qua
re oīnes te qui hec salua esse volumus et hortamur : et obsecramus :
vt vite vt saluti tue consulas : oīnesq; tibi vt pro aliis etiā loquar q̄d
de me ipse sentio : quoniā subesse aliq̄d putas : quid cauendū sit ꝯ nō
modo excubias et custodias : sed etiā laterum nostrorū oppositus
et corporū pollicemur. Sed vnde est orsa in eodem terminet oratio
mea. Maximas tibi oīnes gratias agimus, C. Cesar maiores etiam
habemus. Nā oēs idem sentiūt : q̄d ex oīm precibus : et lachrymis
sentire potuisti. Sed q̄ non est astantibus oīnibus necesse dicere : a
me certe dici volunt : cui necesse est quodāmodo : et q̄d volūt certe :
et quicq̄d fieri decet : et q̄d M. Marcello a te huic ordini Populoq;
Ro. et Reip. reddito : fieri intelligo. Nā letari oēs : non vt de vni⁹
solū : sed vt de cōi oīm salute sentio. Quid aūt summe beniuolētie est
que mea erga illū oībus semp nota fuit : vt vix. M. Marcello optīo
et amātissimo fratri ꝑter cū quidē cederē nemini : cū id sollicitudine
cura labore tādiu ꝑstiterim q̄dīu est illi⁹ salute dubitatū. Certe hoc
tpe magnis curis molestus doloribus liberat⁹ ꝑstare debeo. Itaq; C.
Cesar sic tibi gr̄as ago : vt me rebus oībus a te non ꝯseruato solū :
sed etiā ornato tñ ad tua innumerabilia in me vnū merita q̄d fieri iam
posse non arbitrabar ꝯ maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De Amicicia.

vel nostrog maiog: qui mortuis ũ religiosa iura tribuerũt: qõ non fecissent
Cata pfecto: si nihil ad eos ptinere arbitrarent: vel eoũ qui in hac terra fuerunt.
magnãq; Grecã (que nũc quidẽ delecta est: ũ fleuebat) institutis et preceptis
suis erudierũt. vel eius q̃ Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus: q̃ nõ
ũ hoc: ũ illud: vt in plerisq; sed dẽ dicebat semp. animos hoĩn esse diuinos
hisq; cũ e corpe excessissent: reditũ ad alia patere: optimoq; iustissimo animo
expeditissimũ: qõ idẽ Scipioni videbat: qui idq; (quasi pre agitet) prepetauit
ante mortẽ diebus: cum et Philus et Manilius adessent: et alij plures: mag
etiã Scevola me cõuenisse: disseruit triduũ de rep. cuius disputatõis fuit ex-
trema fere de immortalitate animoe: qua se in quiete p vsum et Affricano au-
disse dicebat. Id si ita est: vt optimi cuiusq; animus in morte facillime euolet
tanq; e custodia vinculisq; corpis: cui consentaneum erat nos apud deos facilioꝛ
Senec fuisse q̃ Scipionẽ. Quo circa mereare hoc eius euentu: verearne inuidi magis
q̃ amici sit. Sin aũt illa vera: vt dẽ intereamus sit animoe et corpoꝛ: nec vllꝰ
sensus maneat: vt nihil boni est i morte: sic certe nihil mali. Sensu cũ amiꝰ
Cipiama sõ sit dẽ quasi natus nõ esset oĩno. Quẽ nõ esse natũ et nos gaudemus: et hec
ciuitas dũ erit letabit. Quocirca cũ illo quidẽ: vt supra dixi: actũ optime: est
mecũ aũt incõmodius: quem fuit equũ vt primus introirem in vitã: sic prius
exire de vita. Sed nõ recordatione nostre amicicie sic fruor: vt beate vixisse vi-
dear: q; cũ Scipione vixerim: quo cũ mihi cõiuncta anima de rep. et de priuata
fuit: quo cũ domus fuit: et mensa cõmunis: cuius in quo est officiũ vis amici
cie: voluntatũ: studioꝝ: sententiarũ summa cõsensio. Itaq; nõ tam ista me
sapientie (quã mõ Iamnio cõmemoraui) fama delectat: falsa pserim q̃
q̃ amicicie nostre memoriã sperо sempiternã fore. Idq; mihi eo magis est cor

A iij

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
um nbn:de:bvb:20-35a1013-968 1-9
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Cicerones dialogus.

di: q̄ et oībus seculis vix tria aut quatuor nominant̄ paria amicorū. quo in
genere spectare videor Scipionis amiciciam et Lelij notam posteritati fore.
¶ Fannius. Istud quidē Leli ita necesse est. Sed qm̄ amicicie mentionē fecisti
et sumus ociosi: pgratū mihi feceris: spero itē Scevole: si (quēadmodū so-
les de ceteris rebus cū ex te querunt̄) sic de amicicia disputaris: quid sentias
quales existimem: que precepta des. ¶ Scevola. Mihi vero erit gratū: atq; id
ipm cū tecū agere conarer Fannius anuerit. Quāobrē vtriq; nostrū gratum
admodū feceris. ¶ Lelius. Ego vero nō grauaret si mihi ꝯfidere nā et p̄clara
vis. res est: et sumus (vt dixit Fannius) ociosi. Sz quis ego sum? aut que in
me facultas? doctorū est ista ꝯsuetudo atq; Grecorū: vt his preponat̄ de quo
disputent: q̄zuis subito Magnū opus est egetq; exercitatiōe nō parua. Quā
obrē que disputari de amicicia possunt ab eis censeo petatis qui ista ꝯfitent̄.
Ego vos hortari tantū possum: vt amiciciā oībus reb⁹ hūanis aūponatis
Nihil est em̄ tā nature aptū: tā ꝯueniens ad res vel secundas vel aduersas.
Sed hoc primū sentio: nisi in bonis amiciciā esse non posse: neq; id ad viuū
resecō: vt illi q̄ ex subtilib⁹ diuerūt fortasse vere: s̄ ad cōmunē vtilitatē partū.
Negant em̄ quanq̄z virū bonū esse nisi sapienti. Sic ita sane. Sz eā sapientiā
interpretant̄: quā adhuc mortalis nemo est ꝯsecut⁹. Nos ꝯsūt ea que sunt in
vsu: vitaq; cōmuni: nō ea que fungunt̄ aut optant̄ spectare debem⁹. Nūq̄z
ego dicā C. Fabriciū. M. Curiū. T. Coruncanū (q̄s sapientes nostri maiores iu
dicabāt) ad istorū nomiā fuisse sapientes. Quare sibi habeāt sapientie nomē
et inuidiosū et obscurū: contendātq; vt hi boni viri fuerint: neq; id quidem
facient. negabūt id nisi sapienti posse ꝯcedi. Agamus igit̄ pingui minerua: vt
aiūt qui ita se gerūt: ita viuūt: vt eorū ꝯbet̄ fides: integritas: eq̄litas: libe

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-...
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Ciceronis dialogus.

Amor enim ex quo amicicia est nominata princeps est ad beniuolentiam coniungendam. Nam vtilitates quidem etiam ab his percipiuntur sepe: qui simulatione amicicie colunt et obseruant causa temporis. In amicicia autem nihil fictum: nihil simulatum et quicquid est: idem verum et voluntarium est. Qua propter a natura mihi videtur potius quam ab imbecillitate orta amicicia. Et applicatione magis animi cum quodam sensu amandi quam cognitione quantum illa res vtilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit etiam in bestiis quibusdam animaduerti potest: que ex se natos ita amant ad quoddam tempus: et ab eis ita amantur: vt facile eorum appareat sensus. quod in homine multo est euidentius. Primum ex charitate que est inter natos et parentes: que dirimi (nisi detestabili scelere) non potest: deinde cum similis sensus extitit amor: si aliquem nacti sunt cuius cum moribus et natura congruant: quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis prospicere videamur. Nihil est enim amabilius virtute: nihil quod magis alliciat homines ad diligendum. Quippe cum propter virtutem et probitatem eos etiam quos nunquam vidimus quodammodo diligamus. Quis est enim qui C. Fabricii. M. Curii cum charitate aliqua et beniuolentia memoriam non vsurpet: quos nunquam viderit. Quis autem est qui Tarquinium Superbum. qui P. Cassium Spu. Melium non oderit. Cum duobus ducibus de imperio est. Ita alia decertatum Pyrrho et Hannibale: ab altero propter probitatem eius non alienos animos habemus: alter propter crudelitatem semper hec ciuitas oderit. Et si tanta vis probitatis est: vt eam vel in eis quos nunquam vidimus: vel quod magis est in hoste etiam diligamus: quid mirum est si animi hominum moueantur: cum eorum: quibus cum vsu coniuncti esse possint: virtutem et bonitatem prospicere videantur: quamquam confirmatur amor: et beneficio accepto et studio perfecto et consuetudine adiuncta. Quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis: mirabilis quedam exardescit beniuolentie magnitudo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



Cicerronis dialogus.

amicicie sempiterne sunt. Ortū quidē amicicie videtis: nisi quid adhuc forte vultis. ¶ Scevola. Tu vero pge Leli. p hoc enim qui minor est natu meo iure respondeo. ¶ Fannius. Recte tu quidē. quā obrē audiamus. ¶ Lelius.

Vdite vero optimi viri ea que sepissime inter me et Scipionē de amicicia disserebant. Quanqz ille quidē nihil difficilius esse dicebat: q̄z amiciciā vsqz ad extremū vite diē pmanere. Nā vel vt nō idē expediret vtriqz incidere sepe: vel vt de rep. nō idē sentirent. Mutari etiā mores hoīm sepe dicebat: alias adversis rebus: alias etate ingravescente. atqz earū rerū exēplū et similitudine capiebat ineuntis etatis: q̄ summi puerorū amores sepe vna cū pretexta et toga deponerent. Sin autem ad adulescentiā pduxissent: dirimi tn̄ interdū contentōe: vel luxurie ꝯditione: vel ꝯmodi alic⁹ qd̄ idem adipisci vterqz nō posset. Q̄ si q̄ longius in amicicia pfecti essent: tn̄ sepe labefactari si in honoris ꝯtentionē incidissent. Pestē enim maiorē esse nullā in amicicia: q̄z in plerisqz cupiditatē. In optimis q̄busqz honoris certamē et glorie. Ex quo inimicicias maximas sepe inter amicissimos extitisse: magna etiā dissidia: et plerūqz iusta nasci: cū aliq̄d ab amicis: qd̄ rectū nō esset: postularet: vt aut libidinis ministri: aut adiutores essent ad iniuriam. Qd̄ qui recusarent (q̄z uis honeste id facerent) ius tn̄ amicicie deserere arguerent ab his q̄b⁹ obseq̄ nollēt. Illos aūt qui quiduis ab amico auderēt postulare postulatōe ipa pfiteri oīa se amici causa esse facturos: eorū querela inveterata nō mō familiaritates extingui solere: s̄ etiā odia gigni maxima atqz sempiterna. Hec itaqz multa q̄si fata impendere amicicijs: vt oīa subterfugere: non mō sapientie s̄ etiā felicitatis diceret sibi videri. Quā ob rē id primū videam⁹ si placet: quatenus amor in amicicia pgredi debeat. Nū si Coriolanus habuit amicos: ferre ꝯtra pa-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
(cc) BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De Amicicia.

triã arma illi cum Coriolano debuere? Nã Beatlinũ amici regnũ appetenti? Nã Sp. Melũ inmare debuerunt. Tiberiũ quidẽ Gracchũ remp. vexantẽ a Quinto Tubarone equalibusq; amicis derelictũ videbamus. At C. Blosius Cumanus hospes familie nostre Scevola: cũ ad me: qui aderã cõ Lenate et Rutilio psulibus in ꝓlio: deprecatũ venisset: hanc vt sibi ignoscerẽ causam afferebat: q̃ tãti Tiberiũ Gracchũ fecisset: vt quicqd ille vellet sibi faciendũ putaret. Tũ ego: etiã ne inq̃s si te in capitoliũ faces ferre veller? inquit voluisse id quidẽ: ſ si voluisset paruissem. Videris q̃s nefaria vox: ꝛ heraclea ista fecit: vel plus etiã q̃s dixit. Nã cui paruit ille Tiberij Gracchi temeritati. ſ etiã prefuit: nec se comitẽ illius furoris: ſ ducẽ prebuit. Itaq; hac amentia questione nouas perturbas in Asiã pfugit: ad hostes se pulit: pestis reipub. grauis insidiosq; pfidus. Nulla est igit excusatio peccati: si amici causã pecca ueris. nã cũ conciliatrix amicicie virtutis opinio fuerit: difficile est amicicias manere si a virtute desciscio. Qr si recte statuerim⁹: vel padere amicis q̃cqd velint: vel impetrare ab amicis quicqd velim⁹: pfecta quidẽ sapia sumus: si nihil habeat res vicij. Sz loquimur de his amicis qui aſi eadem sunt q̃s nos dicimus: aut de quib⁹ meminim⁹ ãi accepim⁹: aut q̃s nouis vita munio. Et hoc mõero nobis exẽpla ſmanda sunt: et eor q̃bẽ marie q̃ ad sapiaz pene accedũt Vidim⁹ Paulũ Emilij C. Luscinio familiarẽ fuisse (sica patrib⁹ acceptim⁹) bis vna ꝓsule et collegas i censura: cũ etiã cũ his: et inter se pũctissimos fuisse M. Curiũ et T. Coruncaniũ memorie traditũ est. Igit ne suspicari quidẽ possimus quenq̃s hoc ab amico quicq̃s petendisse: q̃d pena fidẽ: pena iusiurandũ: pena remp. esset. Nã hec quidẽ in calib⁹ viris q̃d attinet dicere? si contendisset: scio impetratũ non fuisse: cũ illi sanctissimi viri fuerint. Eque qũ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG
urn:nbn:de:bvb:20-35a1019068-7
CC BY-NC-ND

35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



35/A 10.39,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg



De Amicitia.

patriā inuentus est nemo. Itaq; mortē sibi vterq; ꝯscivit. Quare talis impro-
borꝝ ꝯsensio ꝛ nō mō excusatōe amicicie tegenda nō est: si potius omni suppli-
cio vindicanda: vt ne quis concessū putet: amicū bellum patrie inferentem
sequi. Qd quidē vt res cepit ire: haud scio an aliqñ futurū sit. Mihi aūt non
minori cure est: qualis resp. post mortē meā futura sit: q̄z qualis hodie sit.

